SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ALBERTI DE BEZANIS ABBATIS S. LAURENTII CREMONENSIS CRONICA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1908.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ALBERTI DE BEZANIS ABBATIS S. LAURENTII CREMONENSIS CRONICA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1908.

ALBERTI DE BEZANIS
ABBATIS
S. LAURENTII CREMONENSIS
CRONICA
PONTIFICUM ET IMPERATORUM.

PRIMUM EDIDIT

OSWALDUS HOLDER-EGGER.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1908.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

compl. Sets
Harrass.
11-25-27
15545

PRAEFATIO.

Casu factum est, ut hanc Cronicam ineditam, de qua nec quidquam antea cognitum erat, in publicum emiserimus. Karolus Wenck amicus enim iam anno 1879. *et iterum anno* 1881. *extremam eius partem ab anno* 1288. *fere et excerpta quaedam ex historia Friderici I. imperatoris ex codice autographo auctoris descripsit, haec excerpta mihi benigne transmisit, ex quibus cum cognovissem haud parvi momenti hanc Cronicam esse ad Cronicam Sicardi episcopi Cremonensis edendam, anno* 1891. *Romae magnam eius partem transscripsi, anno* 1901. *alia tunc omissa supplevi, iam consilio capto, ut Karolus Wenck et ego hunc librum ederemus. Tum vero amicus aliis laboribus impeditus ab hac opera destitit, mihi soli eam relinquens transmisso apographo extremae partis, unde anno* 1906. *omnia, et quae ille et ipse descripseramus, iterum cum codice autographo contuli atque correxi. Atque sane tanta de expeditionibus Italicis Henrici VII, Ludowici IV, Karoli IV. imperatorum, tanta etiam de imperatoribus nostris saec. XI—XIII. ex libris et tabulis deperditis exscripta in hac Cronica leguntur, ut iure eam in hac serie scriptorum nostrorum exhibere possimus.*

Codex qui Cronicam continet est bibliothecae apostolicae Vaticanae Urbinas nr. 394, *chartaceus,* 199 *foliorum numeris signatorum, quibus praefixa sunt septem folia non numerata. In primo folio verso scriptus est prologus Chronici Martini Oppaviensis*[1], *qua re Ludowicus Bethmann adductus est, ut 'Archiv' XII, p.* 263. *hunc codicem Martini Chronicon auctum ampliatumque continere perperam diceret*[2].

1) *SS. XXII, p.* 397, *l.* 23 — *l.* 39. *et p.* 407, *l.* 43 — *p.* 408, *l.* 9: Quoniam scire tempora summorum pontificum — ordinatius possim procedere. Conpilavi autem presens opuschulum — et aliqua accepi de decreto et quedam ex passionibus sanctorum. *Primo folio recto quaedam nullius pretii anno* 1414. *illita sunt.* 2) *Magis mirandum est, quod idem dixerit Cos. Stornajolo, Codices Urbinates Latini I, p.* 375 *sq.*

Folia I—XXXIIII, in quibus historia ab Adam ad Iesum Christum usque narrata est, ab ipso auctore numeris Latinis signata sunt[1]. *Folium* 35. *deest. Folia XXXVI —LX. iterum ab auctore numeris signata, quae continent historiam pontificum et imperatorum a Iesu Christo et ab Octaviano Augusto ad Iulianum Apostatam*[2]. *Folia* 61[3]—174. *et* 181—199. *ab auctore non numerata, sed recenti manu numeris Arabicis signata sunt, folia vero* 175—180. *novae numerationis ab auctore numeris Latinis CLII—CLVII. signata*[4]. *Folia numerationis antiquae omnino differunt a reliquis, illa enim quasi libri perfecti fragmenta sunt, elegantius atque accuratius scripta, minio illuminata, haec libri nunquam perfecte elaborati speciem ostendunt, celerius atque neglegentius scripta sunt, litterae initiales paginarum minio vel aliis coloribus pingendae desunt, multis litteris minio illuminandis omissis parvae litterae atramento nigro praescriptae*[5], *multae paginae, multa et magna spatia foliorum vacant, permulta in spatiis antea vacuis relictis post diverso tempore et diversis atramentis scripta, innumera in textu et in marginibus addita, erasa, correcta, superscripta, transposita. Iam cognoscis non librum confectum atque consummatum te tenere, sed adversaria libri conscribendi, omnia ipsius auctoris manu omnino scripta, nusquam ad finem perducta neque absoluta. Quod maxime perspicis, cum videris innumeris locis spatia vacua superesse, in quibus nomina propria, annorum numeri vel alia supplenda erant. Auctor quidem iam pridem librum quasi confecerat, cuius reliquiae supersunt folia I—LX, CLII—CLVII — nam et haec ipsius auctoris manu scripta sunt —, sed alios libros, quibus antea caruerat, nactus hunc refecit, retractavit, auxit, ampliavit, ut iam novus liber* 175 *folia pro* 152 *prioris libri complecteretur. In foliis I—LX, quae retinuit, multa in marginibus addidit, in foliis CLII—CLVII (*175—180*) pauca supplevit, sed et in his magna spatia reliquerat, ut plura postea adderet. Ad illum librum, cuius folia numeris*

1) *Initium folii I. infra p.* 1. *edidi.* 2) *Initium folii XXXVI. infra p.* 1. *editum est.* 3) *Folium* 61. *incipit:* (A)nno Domini ab incarnatione CCCLXVI. Iovinianus inperator, natione Pannonius. 4) *Fasciculi codicis complectuntur folia: I. f. I—XXXIIII. II. f. XXXVI —LX. III. f.* 61—92. *IIII. f.* 93—125. *V. f.* 126—173. *VI. f.* 174 —197, *inter quae f. CLII—CLVII. VII. f.* 198. 199. 5) *Litterae videlicet initiales nominum pontificum et imperatorum, ut* h Enricus, c Onradus, i Nocentius, a Nastaxius, a Drianus, c Elestinus, l Ucius. *Haec infra in libro edito non significavi.*

Latinis signata reliquiae sunt, spectat index alphabeticus in foliis non signatis[1] *codici praefixis scriptus, qui est bipartitus in historiam pontificum et in res gestas imperatorum*[2].

Historiam imperatorum prorsus imperfectam reliquit Albertus, nihil enim de rebus gestis Friderici II. imperatoris, nihil de Rudolfi I. regis rebus praebet. Sane Friderici II. historiam supplere voluit, fortasse in fasciculo foliorum addendo, antequam liber compactus esset, quod non perfecit. Desunt etiam gesta Coelestini IV, Innocentii IV, Alexandri IV. pontificum, quae in foliis post f. 173. *excisis scripta fuisse videntur. Haec folia prioris libri, cuius folia CLII —CLVII. supersunt, fuisse videntur, fortasse ab ipso Alberto desecta, ut ea rescriberet.*

Uno loco auctor nomen suum professus est, ad a. 1363.[3] *videlicet f.* 198′, *infra p.* 111: Eodem vero anno, die XXIIII^{or} Madii ego quidem Albertus de Bezanis, civis Cremonensis et monacus monasterii sancti Laurentii Cremonensis, creatus fui et institutus in abbatem monasterii sancti Laurentii prelibati. *Atque praeter haec nihil de vita eius addere possum*[4], *de qua sane multum cognoscetur, cum tabulae Cremonenses illius temporis in lucem*

1) *Folii* 5. *pagina versa et f.* 7. *vacant.* 2) *Incipit f.* 2: Incipiuntur rubrice libri Cronicarum summorum pontificum atque inperatorum, regum et alliorum principum baronum, qui fuerunt in Christianitate et ante, qui rexerunt mondum.

Anacletus papa in cart. LII.

. . . . . .

Inocentius V. . . . ℟ CLV, *de quo in folio CLV. antiquae signationis, infra p.* 61, *agitur.*

F. 2, *col.* 2: Incipiunt regum et inperatorum, qui rexerunt mondum, prout infra, videlicet:

De prima creatione mondi et formatione Ade et Eve. Require foll. prima, et generationibus suis et filliorum.

Adam . . . ℟ II.

Arphaxat . . . ℟ III.

. . . . . .

Alexander . . . ℟ XVI.

Inperatorum rubrice.

Adrianus inperator . . . ℟ LIII.

3) *Nescio vero, an hoc a.* 1362. *potius factum sit. Huic loco enim praecedit relatio de Urbano papa V. a.* 1362. *electo, quem Albertus a.* 1363. *creatum esse falso dicit.* 4) *G. Sommi-Picenardi, 'La famiglia Sommi' (*1893. *fol.) p.* 25, *n.* 1. *quidem citato libro cuiusdam Lucchini, 'Storia della civiltà diffusa dai Benedettini nel Cremonese', quem non vidi, dicit Albertum de Bezanis etiam a.* 1381. *abbatem S. Laurentii Cremonensis fuisse, quod mirum videtur, cum Albertus post a.* 1370. *nihil Cronicae suae addiderit. Sed ille Albertus anni* 1381. *cognatus nostri fuisse potuit.*

emissae erunt. Sane iam a saeculo XI. Cremonae floruit gens de Bezanis vel Bezanorum, nam iam in tabula anni 1044.[1] *commemoratur* Adam qui nominatur Bezani, *in tabulis a.* 1143. *et a.* 1172. *occurrit* Ubertus Bezani (Bezanus)[2], *in tabulis duabus a.* 1284. Cremosanus Bezanus (Cremoxanus Bozanus)[3]. *A.* 1279. 1281. 1286. 1288. 1290.[4] Iacobus (Iacopus) Bezanus *vel* de Bezanis *Cremonae fuit consul iustitiae*[5], Continus de Bezano *in tabula a.* 1296. *nominatur*[6]. *Et monasterium S. Laurentii extra muros Cremonenses situm quasi haereditarium gentis Bezanorum fuisse videtur, nam Comes abbas huius monasterii ab a.* 1282. *gentis de Bezanis fuit*[7]. *Post successorem eius Petrum de Curtis Placentinum ab a.* 1303 *(?) ad a.* 1309. *Geraldus vel, ut Albertus eum nominat, Ghirardus de Bezanis fuit abbas monasterii S. Laurentii*[8], *qui antea fuerat prior monasterii S. Victoris*[9] *abbatiae S. Laurentii subditi. Cui a.* 1309. *occiso Abraminus*[10] *vel Abraham*[11] *de Bezanis successit. Hoc a.* 1346. *defuncto Iohanninus de Comitibus, qui etiam prior S. Victoris Cremonensis fuerat*[12], *abbas S. Laurentii electus est, sed iam a.* 1347. *mortem obiit. Tunc Petrus quidam monachus Francogallus sane a papa abbatiae S. Laurentii praefectus*[13], *cui a.* 1363. *Albertus de Bezanis noster successit.*

Hic post historiam saeculorum ante Christum natum Cronicam pontificum et imperatorum composuit, pontificibus et imperatoribus ita inter se mixtis, ut post historiam unius vel aliquorum pontificum res gestas imperatorum eiusdem fere temporis collocaret. Uniuscuiusque pontificis et imperatoris historiam a nova pagina incepit, spatio vacuo relicto post unumquemque, ut plura postea addere posset. Narratione rerum gestarum ita bipartita factum est, ut multa bis et in historia pontificum et in historia imperatorum, modo eosdem,

1) *L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae I, p.* 70, *nr.* 91. 2) *Ibid. I, p.* 114, *nr.* 121; *p.* 142, *nr.* 290. 3) *Ibid. I, p.* 370 *sq., nr.* 1014. 1030. 4) *A.* 1290. consul coblarum ad placita portae Natalis. 5) *Codex dipl. Cremonae II, p.* 197—200; *Turricini laterculi, Muratori, SS. rerum Ital. VII, p.* 650 *sq.* 6) *Codex dipl. Cremonae II, p.* 130, *nr.* 16. 7) *Quod quidem Albertus infra p.* 65 *sq. non dicit, sed cf. G. Sommi-Picenardi, 'La famiglia Sommi' p.* 25, *n.* 1. 8) *Infra p.* 68. 70 *sq.* 9) *Ut idem Sommi-Picenardi l. l. dicit.* 10) *Infra p.* 71. 11) *Ita nominatur in litteris Clementis V. papae datis a.* 1310. *Mart.* 25, *infra p.* 71, *n.* 1. *laudatis.* 12) *Infra p.* 101. *Nescio an hic etiam propinquus fuerit gentis Bezanorum. Cremosianus de Comitibus iam ab a.* 1220. *fere fuerat abbas S. Laurentii, infra p.* 56. 13) *Infra p.* 101.

modo alios auctores secutus retulerit. Atque hos libros exscripsit: Martini Oppaviensis Chronicon tertiae editionis sine continuatione, cuius codicem habuit similem codicum 9. 10. 11 *a Ludowico Weiland, SS. XXII, p.* 389 *sq., signatorum. Tum Gotifredi Viterbiensis*[1] *Pantheon, cuius codicem habuit classis D, libri D*6 *a Georgio Waitz, SS. XXII, p.* 18, *dicti aut parentem aut propinquum, descripsit enim locum ex duobus locis Martini Oppaviensis in codice D* 6[2] *miro modo additum, sed in hoc codice saeculi XV. iam mutatum*[3]. *Tertius auctor Alberti praecipuus fuit Sicardus episcopus Cremonensis, cuius Cronicae usus est codice simillimo nostri* 1 *Cremonae saec. XIII. in. scripti*[4]. *Nihil habet Cronicae maioris deperditae Sicardi, quam a fratre Salimbene de Adam exscriptam esse 'N. Archiv' XXIX, p.* 179—245. *demonstravi. Non pauca ex Cronica brevissima Iacobi de Varagine Legendae Aureae c. CLXXXI (*176*)*[5] *inserta adsumpsit et quaedam ex aliis capitibus Legendae Aureae exscripsit*[6]. *Ex Cronicae marchiae Tarvisinae Rolandini Patavini libro I, cui verum titulum indidit (p.* 46*), ex cap.* 1—40. *duos longiores locos infra p.* 46 *sq.* 52. *descripsit*[7], *sed integrum hunc librum habuit, cum infra p.* 57 *sq. paucissima quidem ex IV,* 9. *et V,* 6. *eiusdem mutuatus sit. Pauli diaconi Historiam Langobardorum ab Alberto exscriptam esse L. Bethmann iam vidit*[8], *sed in parte a nobis edita loci eius non leguntur*[9]. *Persuasum mihi habeo Albertum etiam Bedae Venerabilis Chronicon cum Continuatione codicis* 4 *(Palatini)*[10] *adhibuisse, quod quidem duobus locis eorum quae edidimus probatur*[11], *neque vero dubito, quin plura ex eodem Chronico*

1) *Quem uno loco quidem Guidonem, aliis tribus locis vero recto nomine, etsi diversis nominis formis usus, laudavit. Cf. infra p.* 5, *n.* 4. 2) *SS. XXII, p.* 260, *n.* *. 3) *Infra p.* 29 *sq., n.* 2. 4) *Cf. SS. XXXI, p.* 72, *ubi Alberti librum littera* U *signavi. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 186—188. — Cronicam Sycardinam *Albertus dicit infra p.* 8. 5) *Ed. Graesse p.* 824—844. *Cuius pars posterior edita est SS. XXIV, p.* 167—171. *Huius librum infra p.* 6. Voraginis ystoriarum sanctorum *laudavit, nomine villae Varaginis in formam vulgo usitatam Voraginis corrupto (cf. quae adnotavi 'Realencyclopädie für protestantische Theologie und Kirche' ed.* 3. *curante Alberto Hauck IX, p.* 811*) et hoc in nomen auctoris converso.* 6) *Locis ex Cronica Iacobi descriptis in margine solum* Iac. de Var. *adscripsi, aliis locis Legendae Aureae capituli numerum addidi.* 7) *Pauca verba ex I,* 11. *et II,* 1. *descripta vide infra p.* 54 - 56. 8) *'Archiv' XII, p.* 263. 9) *Sed cf. infra p.* 2, *n.* 1. *et p.* 3, *n.* 1. 10) *Auct. Antiq. XIII, p.* 341—343. 11) *Vide infra p.* 1. 4, *n.* 3.

exscripta reperirentur, si prior pars Cronicae inedita diligenter perquireretur, quod me non fecisse aperte profiteor. Hinc concludendum est Albertum eundem codicem chronicorum antiquorum, continentem Pauli diaconi Historiam Langobardorum cum Continuatione Romana, Anonymi Valesiani partem posteriorem, excerpta ex Bedae Chronico cum Continuatione supra dicta, propinquum et simillimum codicis Palatini prae manibus habuisse, quem a Sicardo episcopo exscriptum esse demonstravi[1].

Praeter haec paucissima in Cronica Alberti reperiuntur, quae ex Cronica brevissima deperdita — pontificum et imperatorum, ut opinor — excerpta esse satis apparet, in qua procul dubio legit fabulam vulgatam de pace Veneta infra p. 37, *l.* 31—34, *illa de coronatione et excommunicatione Ottonis IV. imperatoris p.* 43, *l.* 29. 30. *et p.* 44, *l.* 10—14, *alia*[2], *praesertim quaedam de regimine pontificum, annos incarnationis potissimum, quibus creati sint, aliquoties ex illa Cronica eum adsumpsisse censeo nec dubito, quin unum locum ex Bonizonis breviario rerum gestarum pontificum Romanorum*[3] *profectum (p.* 7, *l.* 21. 22*) in ea legerit*[4]. *Etiam quae p.* 57, *l.* 11. 12. *et l.* 30—32. *de Gregorio IX. papa dicit ex hac Cronica eum repetivisse puto neque ultra tempora huius papae eam perductam fuisse, cum post haec nullus locus eidem iure adscribendus in Cronica Alberti inveniatur. Ex hoc etiam libro auctor pauca alia de pontificibus, quae in reliquis libris ab eo exscriptis non leguntur, adsumpsisse videtur. Studuit, ut cuique pontifici adnotaret, ubi natus, quis pater eius fuisset, quo nomine ante papatum vocatus esset, quae de multis pontificibus, etiam sui temporis, nec reperire nec comperire potuit, spatiis vacuis relictis.*

Sed et libellum deperditum multo maioris pretii Albertus exscripsit, Annales videlicet Cremonenses, quibus ii qui exstant[5] *posteriore aetate conscripti Annales propinqui, sed breviores quasi ex illis excerpti esse videntur*[6]. *Cum et Sicardus in Cronica sua Annales Cremonenses illis proximos exscripserit atque saepe eadem retulerit, quae in Annalibus*

1) *'N. Archiv' XXVI, p.* 475—481: *cf. SS. XXXI, p.* 60 *sq.* 2) *Cf. p.* 32, *l.* 31. *et p.* 38, *l.* 26—28. *et p.* 43, *l.* 29. 30. *et p.* 44, *l.* 10—14. 32. *et p.* 48, *n.* 3. *et p.* 53, *l.* 6. 3) *Quod est in libro quarto Decreti eius, A. Mai, Novae patrum bibliothecae t. VII,* 2, *p.* 229 *sqq.* 4) *De hoc breviario in Cronicis brevibus pontificum et imperatorum exscripto vide quae exposui 'N. Archiv' XXVI, p.* 529 *sqq. XXVIII, p.* 211 *sq.* 5) *SS. XXXI, p.* 1 *sqq.* 6) *Annalium deperditorum reliquias ex Cronica Alberti collectas ex parte iam edidi 'N. Archiv' XXV, p.* 512—519, *pleniores repetivi SS. XXXI, p.* 184—188.

deperditis narrata erant, illius relationibus ab Alberto, cui illae sermone ac stilo magis placebant, plerumque exscriptis saepe verba Annalium deperditorum submota sunt[1], *ex quibus Albertus crebro locos Sicardi supplevit, aliquoties tantum die cuiusdem rei gestae ex Annalibus addita. Annalium reliquiae in Cronica Alberti ab a.* 1113.[2] *ad a.* 1227. *deprehenduntur. Nec dubito, quin etiam post hunc annum ex iisdem annalibus multa exscripsisset, si historiam Friderici II. imperatoris enarrasset, quam deesse supra p. VII. diximus. De rebus enim pontificum in illis annalibus post Honorium III. papam nihil relatum eum invenisse iure conici potest.*

Tum vero Albertus tabulas archivi S. Laurentii Cremonensis saec. X—XII[3], *quarum nonnullae, ut diploma Conradi II. imperatoris huic monasterio datum, perierunt, curiose adhibuit et utilia ex deperditis exscripsit nec non necrologium*[4] *monasterii sui aliaque scripta ibi, ut videtur, reperta*[5], *ut rhythmum de pace a.* 1175. *inter Fridericum I. imperatorem et Lombardos facta*[6], *quem ipse solus servavit, Catalogos etiam episcoporum Cremonensium et abbatum monasterii S. Laurentii habuisse videtur, nisi omnia quae de abbatibus tradit ex privilegiis aliisque tabulis huius monasterii cognovit. Totum privilegium Ludowici Pii imperatoris a.* 817. *ecclesiae Romanae datum ex collectione quadam canonum procul dubio descripsit (p.* 6*), bullam Urbani IV.*

1) *Maximi pretii sunt quae ex his annalibus ad a.* 1200. 1201. *(p.* 48—50*) et a.* 1210. 1211. *(p.* 53—55*) exscripsit.* 2) *De incendio civitatis Cremonensis a.* 1113. *breviter in Ann. deperditis relatum erat, qui locus et in Ann. deperditis et in Ann. Cremon. qui exstant, SS. XXXI, p.* 3, *et a Iohanne Codagnello, SS. R. Germ.* 1901. *p.* 3, *exscriptus est. Sed Albertus loco Annalium deperditorum exscripto addidit maiorem relationem de eodem incendio, quae sane olim in monasterio S. Laurentii separatim scripta erat. Diversae originis utrumque locum esse iam patet, cum in altero incendium die Aug.* 10, *in altero die Aug.* 9. *factum esse dicatur.* 3) *P.* 8, *l.* 27 — *p.* 9, *l.* 2: *p.* 10, *l.* 23—31: *p.* 11, *l.* 31—12, *l.* 1: *p.* 13, *l.* 11—15: *p.* 16, *l.* 20—25: *p.* 21, *l.* 12—16: *p.* 24, *l.* 3—7; *p.* 28, *l.* 30—35. *Etiam sui temporis privilegia monasterio S. Laurentii concessa Albertus legit et attulit, a.* 1331. *p.* 98, *l.* 13—15, *a.* 1334. *p.* 99, *l.* 9—13. *Etiam quae p.* 95, *l.* 1—5. *de monasteriis S. Laurentii et S. Thomae episcopo Cremonensi schismatico a.* 1329. *donatis dixit procul dubio ex bulla Nicolai V. antipapae didicit.* 4) *Quae p.* 44, *l.* 1. 2. *habet ad verbum ex necrologio maioris ecclesiae Cremonensis, quod habemus, exscripta sunt, sed conicere potes partem quandam necrologii S. Laurentii ex illo necrologio descriptam fuisse. Quae enim Albertus p.* 61, *l.* 6—8. *de Fatio mortuo scripsit non ex necrologio maioris ecclesiae, sed ex alio, sui monasterii, ut videtur, adsumpsit. Cf. etiam p.* 64, *l.* 12. 13. 5) *Cf. p.* 9. *l.* 12. 13. *et p.* 13, *l.* 37—14, *l.* 3. *et p.* 27, *l.* 26—30. *et p.* 43. *l.* 9—17. 6) *P.* 35—37.

papae (p. 58), libellum quendam de imperatore Romano et principibus electoribus imperii (p. 4 sq. 10), collectiones decretalium pontificum cum interpretatione Clementinarum Iohannis Andreae[1] *legit et adhibuit.*

Quae tradit ab a. 1277. unde acceperit, nescimus. In his permulta ab a. 1298. ad a. 1337. de rebus Brixiensibus, ut iure mirari possis, quod vir Cremonensis tanta de civitate non sua scripserit, licet territoria Cremonense et Brixiense vicina sint, Oleo fluvio tantum separata; praesertim cum legeris quae p. 66 sq. de pace inter partes Brixienses a. 1298. facta, quae p. 78—80. de civitate Brixiensi a. 1311. ab Henrico VII. rege obsessa et capta tradita sunt. Fieri quidem potuit, ut Albertus aliquanto tempore Brixiae moratus sit, quod ignoramus, sed potius ex libro quodam Brixiae scripto has relationes accepisse videtur. Iacobus Malvecius Brixiensis enim, qui post a. 1412. Chronicon suum conscripsit, in relationibus non paucis ab a. 1298. cum iis quae Albertus tradit tantopere concordat[2]*, ut aut Alberti Cronicam aut libellum ab hoc exscriptum eum expilasse censeas. Quod ut lector perspiciat, tres saltem locos affero:*

Albert. p. 66 sq.

Item parte Bardellorum, de qua fuerunt principales et maiores illi de Buchis, illi de Calzavelliis, illi de Concessio, illi de Pregnachis, illi de Mayrano, illi de Lechapestis, dominus Berrolinus de Cazago et multi allii nobilles et populares civitatis et districtus.

P. 70.

d. Tebaldus de Brusatis una cum Griffis, Confanoneriis, d. Rizardo de Ugonibus et eius fratribus ad terram de Gaydo transeundo . . . cum auxilio lige Guelforum Lonbardie, maxime Cremonen-

Iacob. VIII, 122.

Et Bardellorum nobiliores domus erant: domus illorum de Buchis, illorum de Calzaveliis, de Pregnachis, de Lecapestis, sed et quidam de Cazago, de Mayrano et de Concesio horum socii effecti sunt.

VIII, 126.

Thebaldus[3], Rizardus de Ugonibus, Griffi quoque ac Confalonerii, habentes secum aliarum civitatum Lombardiae quosdam armigeros Guelfos, Gaydum ingressi sunt ibique sex diebus com-

1) *P.* 5. 55 *sq.* 66. 68. 86, *n.* 1. 2) *Muratori, SS. rerum Ital. XIV, col.* 961—1004. 3) *Qui c.* 125. *dictus est* de Bruxatis.

Albert. p. 70.

sium. Et homines dicte terre . . . ipsas gentes susceperunt . . . et ibi dicte gentes sex diebus moram fecerunt. Deinde sine ulla expulsione et fuga redierunt Cremonam . . . Quo facto condempnati fuerunt comune et ipsius terre Gaydi homines in X milibus librarum bone monete Brixiensis per dominium dicte civitatis Brixie.

Iacob. VIII, 126.

morantes; et cum nihil se proficere conspicerent, in civitatem Cremonensem profecti sunt . . . . Isdem ergo Brixiensis praesul[1] decem millia librarum Brixiensis monetae ab habitatoribus Gaydi exegit.

Hoc loco in iis quae supra omisimus Iacobus scribit: Nam diebus illis civitates Lombardiae Guelforum arbitrio regebantur praeter quam Verona et Mantua. *Et Albertus p.* 67. *ad a.* 1298, *ubi res Brixienses a Iacobo quoque relatas tradit:* Nam ante adventum dicti inperatoris *(Henrici VII.)* omnes civitates Lombardie in manibus et forcia erant et diu steterant partis Guelfe preter Veronam et Mantuam[2].

Albert. p. 84.

A. vero D. MCCCXVI. . . . et Guelfi . . . accesserunt viriliter ad ipsam plateam *(communis)* . . .; ad introitum dicte platee conflicti fuerunt dicti Guibelini et expulsi de platea et de partibus omnibus dicte civitatis et reduxerunt se ad terras et loca Ysei, Palazolli, Clararum, Roche-france, Urcearum et Quinzani et ad terras abbatie Leni et Calvisani.

Iacob. IX, 29.

ad plateam populi commissum est proelium; et tamdem Guelfi in Gibellinos atrociter irruentes eos de civitate repulerunt a. D. MCCCXVI. Porro expulsi cives ad castella Ysei, Palazoli, de Claris, *Pompiani,* de Urceis, Quinzani, *Pontolii,* Rocchefrancae, Leni, Calvisani, *Rudiani, Cizaghi, Visani, Canedi, Ustriani, Gotalengi, Pavoni, Gambarae, Pradalboini*[3] *et alia circumsita loca* se contulerunt.

1) *Berardus episcopus Brixiensis tunc erat dominus civitatis Brixiae, ut et Albertus et Iacobus tradunt.* 2) *Eadem repetit p.* 74. 3) *Suspicor loca ab Alberto non dicta ab ipso Iacobo adinventa esse, qui omnia fere castra territorii Brixiensis versus Oleum fluvium sita addiderit.*

Et ita multa ab utroque tradita ad a. 1330. *usque, quo Iacobi Chronicon desinit, conveniunt seu similia sunt. Sane Iacobus Alberti opus exscripsisse potest; quod si habuisset, etiam ante a.* 1298. *multa ex eodem assumpsisset, sed ante hunc annum nullum reperi locum, quem ex Cronica Alberti descriptum esse certo censere possem. Fieri quidem etiam potuit, ut Iacobus tantum postremam partem Cronicae Alberti habuisset vel locos ex hac excerptos; quod quidem negare non possum nec tamen probabile esse arbitror, potius eundem libellum Brixiensem ab utroque auctore expilatum esse conicio. Qui libellus sane ab Alberto multo melius ac fidelius exscriptus est quam ab Iacobo, qui iam more virorum temporis renatarum litterarum, quod dicunt, res gestas scripserit, quae legerat commiscuerit atque elegantiori stilo commutans corruperit. Omnia, quae hic solus tradit, nimis dubia, unde gaudeamus, quod unum saltem fontem eius nacti simus, sive is fuerit Alberti Cronica sive liber ab hoc expilatus. Quid ex eodem ab Alberto non relatum Iacobus forte assumpserit, nemo diiudicare poterit neque, ad quem annum ille liber deductus fuerit, perspicere.*

Sane simplicissimus vir Albertus abbas fuit, qui litteris parum studuerat, cum linguam Latinam nimis aspere tractaverit, verba quidem Latina intermixtis multis Italicis modo puerili scripserit, sed re vera sermone Italico usitato[1] *et*

1) *Orthographia etiam eius est vulgaris Italica, satis omnibus nota, duas nempe litteras consonantes pro una scripsit ut:* occulus, paccata, peccunia, seccurus, accerrimus, reddiit, redditum (= reditum), edifficium, edifficare, benefficium, paciffice, reffacta, aufferendo, allius, fillius, fillia, millites, nobillis, fidellis, mirabillis, venerabillis, probabillis, civillis, subtillitas, auxillium, fellicissimus, tallem, gallea, mallum, zellum, camellus, cellebrare, accellerans, gellavit, rellaxare, nollens, sepellire, tribullatio, concillium, privillegium, pallatium, ellecti, commitiva, appostoli, seppelire, apperire, supperare, marre, marrinus, murrus, arruit, conburri, pyrrata, confussus, occissus, inclussi, divisserunt, promissit, nissus, cessa (= caesa), pussillus, diocessis, religiosse, gloriossi, attavus, *vice versa unam litteram consonantem pro duabus ut:* acumbere, afectus, afabillis, efussio, agredi, sugestio, appelare, velet (= vellet), coloquium, maleum, cancelarius, vexilum, difficilimum, ilustris, novela, pululavit, flama, consumare, iminere, inocentia, Inocentius, inumerabillis, Iohanes, opidum, eror, turis, curere, curiculum, corumpere, aripere, arogans, coreptus, offerendo, naravit, porigere, teremotus, teritorium, iriguus, asentire, asensus, aserere, asumpto, aseverans, recesit, pasagium, posessio, posumus, suffosi, mitere, atingere, sagitarius; c *pro* ch *scripsit:* monacus, pulcer, coruscans, incohatum, *et* ch *pro* c: coruschans, circha, merchator, mirachulum, mischuerant, charus (= carrus), chatedra, chatalogus; ct *pro* c: audactius, condictio (*et* condiccio), *econtra* editis *pro* edictis; s *pro* sc: asendere, desendere, nesimus, septrum, sintilla, sisma, sysmaticus *et* pissibus (= piscibus);

quotidiano atque hoc incommode et inscite usus sit. Locos diversorum auctorum saepe rudissimo modo ac imprudenter coniunxit[1], *sensu verborum descriptorum non raro perverso*[2], *multa neglegenter describens depravavit, permultis verbis omissis sententias corrupit*[3]. *At bene nota Albertum librum suum non perfectum reliquisse, nos adversaria eius non elaborata habere, qui sane multa emendasset atque correxisset, si librum edendum consummasset et nitide transscribendum curavisset, et libenter concedes eum diligenter studuisse, ut novam historiam universalem congereret et conscriberet.*

Quae Albertus ab a. 1277. *ad a.* 1370. *simplicissime narravit non quidem maximi aestimanda sunt, si haec comparaveris cum relationibus gravissimorum auctorum illius temporis, sed multa habet de rebus Cremonensibus et Brixiensibus alibi aut non aut minus exacte, minus plane relata, quae tanto pluris facienda sunt, cum nullum habeamus scriptorem Cremonensem rerum illo tempore gestarum, Brixiensem tantum Iacobum Malvecium, scriptorem saeculi XV. minus fide dignum*[4]. *Res in Lombardia gestas memoriae tradidit, de iis quae in aliis provinciis Italiae acciderint paucissima et haec falso aut confuse relata, de rebus in aliis terris, in Germania maxime gestis nihil fere compertum habuit, nescivit, quando reges electi*[5], *quando mortui sint*[6], *nec quidquam eorum, quae in Germania gesserint, cognitum habuit, quod sane miraberis,*

econtra sc *pro* s: conscilium (=consilium), desciderare, consciderare, bascilica, basciliscus, Damascus (= Damasus), scanctio (= sanctio); s *pro* x: iusta (= iuxta), crus, destravit, adestrando; *vice versa* x *pro* s: milex, aliax, occaxio, Anastaxius, axasini; *unde pro* Brixia *etiam scripsit:* Brissia, Briscia, Brisia *et eandem gentem Brixiensem* Brussados, Brusados, Brusatos, Bruxatos, Bruxados *nominat;* h *omisit:* exaustus, repreendit, orribilis, istoria; *econtra:* hodium, rehedificare, adholescens; o *pro* u *scripsit:* fondus, fondere, fonditus, mondus, concti, nontius, prononciare, renontiatio, nonquam; u *pro* o: cuncurere, recunciliare, discunficere, numdum (= nondum). *Etiam* dapnum, tyrapnus *vel aliis locis* tyrampnus *et* longne *pro* longe *scripsit. Et horum pleraque non omnibus locis aeque, sed pro formis vulgaribus Italicis saepe etiam antiquas Latinas scripsit.*

1) *Cf. p.* 18, *l.* 26—28; *p.* 21, *n.* 4; *p.* 23, *n.* 1; *p.* 25, *n.* 2; *p.* 38, *l.* 26—28; *p.* 47, *l.* 42. 43; *p.* 48, *l.* 14—21; *p.* 51, *n.* 3; *p.* 59, *n.* 2. 2) *Cf. p.* 32, *n.* 1; *p.* 39, *n.* 1. 2; *p.* 48, *l.* 10; *p.* 54, *n.* 5; *p.* 60, *l.* 10. 11. *etc.* 3) *Neglegenter etiam p.* 48, *l.* 25—27. *ex Cronica Sicardi descripsit, quae hic de rebus Siciliae et Germaniae sui temporis dixit, quae suo tempore Albertus minime scribere potuit.* 4) *Cf. supra p. XIV.* 5) *Cf. p.* 93, *n.* 1. *et p.* 105, *n.* 1. *A.* 1314. *duos reges in Germania electos esse ignoravit.* 6) *Cf. p.* 97, *n.* 4.

cum memineris, quanta Iohannes et Matheus Villani de rebus extra Italiam gestis narraverint.

Paucissima ac tenuia de rebus a. 1277—1297. *retulit, carens sane libellis de historia illius temporis conscriptis, ab a.* 1298. *copiosius res Brixienses, libro cuiusdam Brixiensis, ut opinor*[1]*, usus, tum etiam res Cremonenses, multa ac memoria digna de expeditione Italica Henrici VII. regis, VI. imperatoris, a.* 1310—13. *tradidit. Tum minime aeque copiose res gestas diversorum temporum enarravit, de rebus multorum annorum, ut a.* 1340—1345, *fere nihil atque omnino res ad a.* 1330. *fere gestas uberius quam sequentium annorum retulit. Rebus anni* 1370. *relatis narrandi finem fecit, sed pauca verba de pace, quae a.* 1370. *Nov. inter Vicecomites et partem Guelforum icta erat, a.* 1371. *fracta post addidit.*

Quando ad Cronicam componendam aggressus sit, ignoramus. Sane apparet eum quae ad a. 1327—1329. *tradit multo post res gestas scripsisse: quae enim p.* 93, *l.* 22—24. *de Ugolino episcopo Cremonensi dicit post episcopatum ab hoc a.* 1349. *abdicatum scripta esse conicies, atque patet multis annis post a.* 1328. *scripta esse quae dicit p.* 94, *l.* 4. 5: Et abinde citra dicti de Gonzaga gubernaverunt civitatem Mantue. *Alia de a.* 1328. *dicta post a.* 1342[2]*, quaedam ad a.* 1329. *post a.* 1349.[3] *scripta esse vides. Multa etiam alia multo post res gestas narrata esse perspicis, quae memoria labente ad falsos annos adscripserit, perturbato rerum gestarum ordine, ut p.* 96. *post ea quae Ludowicus Bavarus a.* 1329. *gessit narrata demum retulit quae a.* 1327. *et a.* 1328. *facta sunt*[4] *et ad a.* 1331. *quae a.* 1333. *demum acciderunt*[5]*. Multa alia praepostere*[6]*, ordine temporis non servato, relata esse annis a nobis in margine adscriptis lector facile cognoscet.*

Initium anni Albertum more Cremonensium a die annuntiationis (Mart. 25*) fecisse censeo, quod multis locis factum esse vides*[7]*, sed multis aliis locis hunc morem minime servatum, initium anni aut a nativitate Domini aut a die*

1) *Cf. supra p. XII—XIV.* 2) *Cf. p.* 94, *n.* 6. 3) *Cf. p.* 101, *n.* 1. 4) *Cf. p.* 96, *n.* 1. 5) *Cf. p.* 98, *n.* 4. 6) *Ut bis p.* 85. 86. *dixit a.* 1317. *Henricum VII. imperatorem mortuum esse.* 7) *Ut p.* 101. *Abraminum abbatem monasterii S. Laurentii Cremonensis a.* 1346. *Aug.* 31. *mortuum esse et eodem anno die Mart.* 2. *successorem eius Iohanninum abbatem factum esse dicit.*

Ian. 1. *sumptum esse perspicis*[1], *sive aliis libris exscriptis, sive alia ratione intercedente hoc factum sit.*

Huius Cronicae partem extremam tantum inde ab Honorio II. papa et ab Henrico V. rege, IV. imperatore, edidimus, ex priore parte paucissima selegimus, praesertim quaedam ex Cronica Sicardi Cremonensis et ex tabulis monasterii S. Laurentii sive ex catalogo abbatum huius monasterii exscripta, praemisso laterculo regum et ducum Langobardorum a tempore Karoli Magni incipientes, cum prior pars Cronicae ex libris nobis servatis congesta omni pretio careat. Ad res saeculi XIV. narratas multa quidem adnotari potuissent, sed, ut haec perscrutarer, non magnum studium nec multam operam contuli, satis habens, ut verum temporis ordinem rerum narratarum statuerem et in margine adscriberem, quamvis et alia quaedam adnotaverim. Karolus Wenck iam in apographo suo extremae partis Cronicae nonnulla adnotaverat, quorum quaedam in linguam Latinam versa retinui, litteris principii nominis eius K. W. *adscriptis, alia mutata in rem meam converti, bono fructu ex illis capto.*

A quoquam posterorum auctorum Alberti Cronicam expilatam esse non percepi, neque Antonius Campo[2] *inter auctores suos Albertum commemorarit neque eius librum legisse videtur, sed aliqua ab hoc relata, nescio qua ratione, ad illum pervenisse mihi persuasum habeo*[3].

Berolini a. d. VI. Kal. Novembres anni MDCCCCVIII.

O. HOLDER-EGGER.

1) *Ut p.* 73 *sq. Henricum VII. regem a.* 1310. *in Italiam venisse recte dixit et eodem anno Ian.* 6. *regem Lombardorum coronatum esse, quod a.* 1311. *Ian.* 6. *factum est, sed loco in margine adscripto eundem a.* 1311. *Ian.* 6. *coronatum esse scripsit.* 2) *'Cremona fedelissima citta' (Cremona* 1585. *fol.).* 3) *Quod ut probetur, hos affero locos dicti libri: p.* 64: da' Guelfi . . . . era stato rifiutato & scacciato Fachetto marchese di Canossa mandato qui con titolo di vicario imperiale = *infra p.* 75, *l.* 1—4. — P. 64: Quivi lo *[Henricum VII. regem)* trovarono i Cremonesi che gli erano andati incontra col sudetto Sopramonte, i quali in habito miserabile, col capo scoperto, co' piedi scalci & con corde al collo, arrivati che furono al cospetto dell' imperatore, poste le ginocchia à terra, gridando ad alta voce più volte misericordia, non cessavano con lagrime e con lamenti . . . . . Arrigo . . . . . rivolgendo gli occhi altrove per non vedergli, comandò con voce piena di ferocia, che fossero tutti posti prigioni = *infra p.* 75, *l.* 24 — *p.* 76, *l.* 8. — *P.* 66 *sq.:* 1317. Alli XVI. di Maggio si levò tutta la città in arme per opera di Giacopo & di Luigi Cavalcabò

& di Gregorio Sommo & altri suoi partigiani della fattione Guelfa . . . questi entrati nella piazza grande di Cremona ammazzarono Egidiolo Piperaro, il quale era asceso sopra l'arengherio per acquetare il tumulto, furono etiandio ammazzati Lionardo e Baldassare detto Baccanino, amendue di Picenardi, non ostante che Lionardo fosse cognato di Luigi Cavalcabò; uccissero anco Gritio di Pedecani, Giovanni Malombra & Egidiolo degli Alemanni con infiniti altri nobili & popolari della fattione Ghibellina, la quale fu scacciata affatto della città, fuggendosene il Ponzone con alcuni altri de' principali cittadini . . . Fù il sudetto Ponzone ricevuto in Soncino da Filippone Barbuò & ottenne anche poco dopò Castellione, e furono scacciati di quei luoghi tutti i Guelfi = *p.* 85, *l.* 4—25. ***Etiam quaedam, quae Antonium Campo ex Annalibus Cremonensibus deperditis exscripsisse antea censui SS. XXXI, p.* 185 *sqq., hic ex Cronica Alberti accepisse potest.***

*Prima igitur etate seculi nascentis prima huius die fecit Deus lucem, [id[a] est angelos][1], quam appellavit diem. Secunda firmamentum celi . . . . . *cf.* I. *Beda.*

. . . . . .

*Anno domini nostri Iesu Christi ab incarnatione primo et incipitur hic milesimus inperatorum. Incipiendo ab Octaviano imperatore, desendendo[b] inclusive. *cf.* XXXVI.

Post vero nativitatem domini nostri Yesu Christi Octavianus Augustus inperavit annis XIIII[or], Romanus genere, patre Octaviano senatore, maternum genus ab Enea deducens . . . . . *Mart. Opp.*

. . . . . .

Desiderius autem rex Longobardorum ultimus ante persecutionem eius construi fecit in diocesi Brixiensi[c] monasterium de Lene et monasterium sancte Iulie civitatis Brixie. *f.* 117*v*. *Sic.*

Nomina autem ducum et regum Longobardorum, usque ad tempus Karoli Magni qui fuerunt, hec sunt, videlicet primo

Ivor et Agion } duces, quibus mortuis creant sibi Longobardi regem. *Gotifr.* 23, 4. *et Sic.*

Agilmundus fillius Agyonis successit, qui regnavit a. XXXIII; cui successit

Lamision secundus rex, qui regnavit[d] annis . .[e]; cui successit

Lecha[f] tercius rex eorum, qui regnavit a. XL; cui successit fillius eius

Geldeoch IIII[us] rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit

Geldeus V. rex eorum, qui regnavit a. . . .; cui successit fillius eius

Classo VI. rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit fillius eius

Guado VII[us] rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit fillius eius

Gualtarus VIII[us] rex eorum, qui regnavit a. VII; cui successit

a) *uncis inclusa ab Alb. in marg. suppl.* b) *sic c. pro* descendendo. c) brixien *c.* d) r̄ *abhinc semper hoc loco pro* regnavit *c.* e) *spatium numero inserendo vacat hoc loco et in sequentibus.* f) Letha *Gotifr.*

1) *Hoc scripsit Albertus secutus Gotifredi Pantheon II, Pistorius, Germ. SS. ed. Struve II, p.* 22: quando dixit Deus: 'fiat lux', angeli facti sunt. . . . Noluit dicere: 'fiant angeli', sed dixit: 'fiat lux'.

Gotifr. et Sic. Aldoynus VIIII[us] rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit fillius eius

Sic. Alboynus X[us] rex eorum. Iste fuit primus qui intravit Ytaliam, cui successit[a]; qui regnavit a. III, m. VI.

Eleph[b] XI[us] rex eorum, qui regnavit a. . . Postea fuerunt Longobardi sub ducibus sine rege per X annos, qui fuit primus[1]

Rocharus dux Longobardorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Guisulphus dux eorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Erebertus V.[2] dux eorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Liutprandus VI. dux eorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Greg. Dial. III, 11. Gumarith VII[us] dux crudelissimus, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

Romoaldus VIII[us] dux eorum, qui ducatum tenuit a. . .; cui successit

**f.* 118. *Sic.* *Antharus rex Longobardorum XII[us] post decennium ducum successit in regno, qui regnavit a. septem; post quem successit

Agilulphus XIII[us] rex eorum, qui regnavit a. XXV; cui successit fillius eius

Adaldoaldus XIIII[us] rex eorum, qui regnavit a. X, qui fuit de regno eiectus; cui successit

Rodoaldus[3] XV. rex Longobardorum, qui regnavit a. XII; cui successit

Ariovaldus XVI. rex eorum, qui regnavit . . .; post quem

Rotharus rex XVII, qui regnavit annis XVI; cui successit fillius eius

Rodoaldus XVIII[us] rex eorum, qui regnavit a. V; cui successit

Aripertus XVIIII[us] rex eorum, qui regnavit a. VIII[orc]; cui successit dividendo duobus filliis suis regnum primo

Bertarith et } fratribus, qui fuerunt XX[us] in regno;
Gondiperth } quibus successit

Grimoaldus XXI[us 4] rex eorum, qui regnavit a. . .; cui successit

Pertarith XXII[us] rex eorum, qui regnavit a. XVII[5]; cui successit fillius eius

a) *sic* cui succ. *falso loco positum in c.* b) Cleph *Sicard.* c) *sic c. saepe pro* VIIII[m].

1) *Sequentes duces miro modo collecti sunt. Gisulfus quidem dictus est dux Foroiulanus a Paulo, Hist. Langob. II*, 32, *sed reliqui duces ibi dicti hoc loco non occurrunt. Rothari ab eodem VI*, 20. *dictus fuit dux Bergomas circa a.* 700. *Gisulfus etiam et Liutprandus et Romoaldus duces Beneventani diverso tempore, Gumari ex Gregorii Magni Dial. III*, 11. *assumptus. De Ereberto nihil habeo dicendum.* 2) *Ivor et Agion duces connumerati sunt.* 3) *Hunc Rodoaldum Albertus a Sicardi ordine, SS. XXXI, p.* 146, *recedens falso intrusit, unde numeri ordinales regum abhinc uno maiores sunt numeris Sicardi.* 4) *Hunc nonum decimum Sicardus numeravit, fratribus praecedentibus numero ordinis non dato, ideo Alberti numeri ordinales iam abhinc duobus maiores sunt.* 5) *XVII annos huic dat Catal. regum Langob.*

Cunipertus XXIII^us rex eorum, qui regnavit a. XII; cui successit fillius eius *Sic.*

Rangipertus[1] XXIIII^us rex eorum, qui regnavit a. uno; cui successit allius

Aripertus XXV. rex eorum, qui regnavit a. XII; cui successit

Asprandus XXVI^us rex eorum, qui regnavit . . .; cui successit

Luprandus XXVII^us rex eorum, qui regnavit a. XXX[a], m. VII; cui successit

Hyldeprandus XXVIII. rex eorum, qui regnavit[b] m. VI; cui successit[2]

Arstulphus XXVIIII^or rex eorum, qui regnavit a. VIII[c]; cui successit

Rachisius XXX^us rex eorum, qui regnavit pauco tempore et monacus effectus est; cui successit frater eius[3]

Desiderius XXXI^us rex eorum, qui regnavit annis . . . *Sic, et Mart. Opp.*

Hic fuit ultimus, quem cepit Karolus rex Francie; et hic fuit finis regum Longobardorum. Extunc inperatores et reges Francorum tenuerunt Longobardiam sibi subiugatam usque ad tempora Frederici inperatoris et fillii eius Henrici sexti[4].

. . . . . .

Anno Domini DCCC.[5] Stephanus sanctissimus venerabillis vite civitatis Cremone fuit primus[6] episcopus, regnante Karolo Magno in Francia. Et Rotaldus Veronensis episcopus, qui cum Pypino rege Ytalie transtulit corpus sancti Zenonis ad ecclesiam, quam edificaverunt et multis posessionibus dotaverunt. *f. 118'. Sic.*

. . . . . .

Anno Domini DCCCXIIII^or mortuo Stephano episcopo predicto Cremonensi[d] successit ei Atto in epi-

a) XXXI *Sicard.* b) *seq.* a *delet.* c) *sic habet cod.* 2 *Sicardi;* VII *cod.* 1. d) cremon *c.*

Venetus, SS. rerum Langob. p. 504. *Sicardus p.* 148. *tantum XV annos; cf. ib. n.* 2. 1) *Liupertus hic dicitur recte a Sicardo p.* 149. *Nullus catalogorum regum Langobardorum huic annum unum tribuit, sed alii mens. VIII, alii annos II. Sed* Raginpertus dux Taurinensium *octo mensibus post obitum Cuniperti elapsis, ut tradit Paulus, Hist. Langob. VI,* 18, regnum Langobardorum invasit. Sed eodem anno mortuus est. *Ex quodam igitur libello, qui haec ex Hist. Langob. excerpta habebat, haec Albertus assumpsit.* 2) *Hoc loco omisit Albertus Ratchisum, Sicard. p.* 150. 3) *Haec Albertus ex libello quodam accepisse videtur, in quo quaedam de Ratchiso ex Libro pontificali exscripta essent. Ratchis post mortem Aistulfi re vera brevi tempore regno potitus est; cuius frater fuit Aistulfus, non Desiderius.* 4) *Non igitur usque ad tempus Friderici II, ut Albertus opinatur.* 5) *Annos regum, sub quibus Sicardus episcopos Cremonenses vixisse retulit, Albertus ad hos posuit.* 6) *Nota Alberti temporibus nihil etiamtum compertum neque adinventum fuisse de prioribus episcopis Cremonensibus.*

sic. scopatu, qui fuit secundus episcopus Cremonensis[a], inperante Lodovico inperatore, fillio Karoli[1].

. . . . . .

f. 121. Gotifr. 23, 9. 12, 13. et Sic. *Karolus Magnus primus inperator factus anno ab incarnatione Domini nostri DCCC. primo, indictione . . .[b], ab Urbe autem condita MDLII. . . . . cui[2] successit Leo Armenus[3], fillius Bardi patricii, in Grecia, cum quo rursus Karolus pacem perpetuam hoc modo firmavit, ut alter alterius semper frater nominetur, et alter ab altero semper iuvetur. Grecus autem inperator Orientem *sic.* et Constantinopolim, Karolus vero et successores habeant[c] Romam et Occidentem[d]. Abhinc igitur gesta orientalium Grecis cronographis relinquentes, que apud nos gesta sunt occidentalia prosequamur. Placuit utrisque predictis inperatoribus, ut honor comunis habetur[e]. Set[4] iste inperator Constantinopolitanus non fit per electionem, set per successionem, ut fillius a patre et frater a fratre, et sic de singulis; et coronari debet corona aurea tantum a patriarcha Constantinopolitano in ecclesia sancte Sophie, ut allii reges. Karolus vero et successores inperator fit per electionem a tribus archiepiscopis, scilicet Magontino, Coloniensi, Treverensi, et quatuor laycis, scilicet comite Remensi[f], duce Saxonie, marchione Bardaburgensi[g] et rege Boe- *Mart. Opp.* mie, olim duce. Unde versus:

Magontinensis, Treverensis, Coloniensis,
Quilibet inperii fit cancelarius horum.
Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna Boemus:
Hii statuunt summum[h] *cunctis per secula summum.*

Dicunt quidam, quod rex Boemie de necessitate vocandus non est, nisi et allii discordant, nec istud ius habuit ab antiquo, set hodie de facto tenet[5]. Et inperator habet quatuor sedes principales, prout constat hiis versibus:

f. 121'. Gotifr. 23, 15. **Primus Aquisgrani locus est, post hec Arelati*,*
Inde Modoetie regali sede locari,
Post solet Ytalie summa corona dari.

*) *Manu Alberti superscr.:* Iste locus hodie non est de necessitate.

a) cremon *c.* b) *spatium numero inserendo vacat.* c) hät *c.* d) *seq.* quibus omnibus *delet.* e) *sic c.* f) *sic c. pro* Renensi. g) *sic* (bardaburgen) *c.* h) *sic c. h. l. et infra f.* 142, *p.* 9; dominum *Martin.*

1) *F.* 119'—120. *exstat catalogus inperatorum ab Augusto usque ad Karolum Magnum.* 2) *Michaeli I. inperatori Constantinopolitano.* 3) *Albertus* Armenus *ex Cont. Bedae, Auct. antiq. XIII, p.* 342 *(cod.* 4*), recte addidisse videtur.* 4) *Sequentia fere omnia leguntur, multa ad verbum convenientia, in tractatu edito ab A. Werminghoff, 'Zeitschr. der Savigny-Stiftung, Germ. Abth.' XXIV* (1903), *p.* 382 *sq., ubi et versus Martini.* 5) *Haec propius accedunt ad Henrici de Segusio lecturam super V libris decret. ad l. I, tit.* 6, *c.* 34. *quam ad tractatum supra n.* 4. *laudatum p.* 382.

In quibus sedibus pro unaquaque debet coronari una corona, prima Aquisgrani diocesis Coloniensis [corona[a] ferrea*]. Secunda Arelati** diocesis . . . . .[b] Tercia Modoetie*** diocesis Mediolanensis[c] corona [argentea[d.†]][1]. Quarta†† Rome corona aurea per summum pontificem debet coronari†††.[2], et portat tria regalia insignia, scilicet crucem sanctam, gladium et lanceam sanctam sancti Mauricii. Portat etiam allia tria, scilicet septrum, pomum aureum et coronam[3]; quid autem significent ista, nunc dimitemus. . . . . .

Guido[4] Viturbiensis[e] ponit in cronica sua sic: *f.* 122.
Karolus erat autem corpore amplo ac robusto, statura eminente[f], *Gotfr.* 23,13.

*) *In marg. manu Alberti alio atramento aquoso:* Ferrum autem fortitudinem significat, qua vincere debet rebelles et infidelles conculcare. In Cle[mentinis] *de iure iurando: Romani*[5].

**) *Manu Alberti superscr.:* hodie non est de necessitate.

***) *Manu Alberti superscr.:* que hodie est secunda, ut habetur in Cle[mentinis] *de iure iu[rando]*, c. *Romani.*

†) *In marg. manu Alberti alio atramento aquoso:* quam[g] ingressus Ytaliam recipit ab archiepiscopo Mediolani in villa seu in castro Modicensi[h] eiusdem diocesis, tamen Henricus[6] imperator recepit in Mediolanensi[c] ecclesia sancti Ambrosii. Argentum autem designat mundiciam et claritatem, significat principem tallem principem[i] ipsum debere esse. In Cle[mentinis] *de iu[re] iu[rando]*, c. *Romani.*

††) *Manu Alberti superscr.:* hodie est tercia.

†††) *In marg. manu Alberti alio atramento aquoso:* In ecclesia sancti Petri ad altare sancti Mauricii; et designat aurum, quod omnibus metallis est excellentius, ipsum inperatorem alliis regibus et principibus in potentia et iusticia excellentiorem esse designat[i]; in Cle[mentinis] *de iure iu[rando]*, c. *Romani.*

a) cor. ferrea *in spatio vacuo relicto post ab Alberto inscripta.* b) *spatium nomini inserendo vacat.* c) mediolañ *c.* d) argent *in loco raso post manu Alberti inscr.* e) *sic* (uiturbien) *c.* f) nte *post (recentiore manu?) linea perducta deletum.* g) qua *c.* h) modicen̄ *c.* i) *sic iterum c.*

1) *Antea hoc loco Albertus* ferrea *scripsisse videtur (cf. infra f.* 196ᵛ*), cum hoc loco* argentea *et supra* corona ferrea *postea ab eo scriptum sit.* 2) *Eadem vide iterum infra f.* 141ᶜ. 142, *p.* 9. 10. 3) *Haec* (et portat — coronam) *scripsit Albertus secutus Gotifredi Viterb. Pantheon XXVI*, 1—7. *SS. XXII, p.* 272—275, *qui exponit, quid insignia imperialia significent.* 4) *Infra f.* 133, *p.* 7. *recte* Gotifredus *et f.* 138ᵛ, *p.* 8. Guitofredus, *f.* 154ᵛ, *p.* 15. Guithofredus *Albertus scripsit.* 5) *In glossa ad Clementinarum decretalium II, tit.* 9 *(cap. unicum), ex qua omnia fere hoc loco in margine addita exscripta sunt.* 6) *VII. Cf. infra f.* 186.

Gotifr. apice capitis rotundo, occulos suos habuit pregrandes et vegetes, barbam ad pedis longitudinem deferens[1], proa nasum paululum excedentem mediocritatem, caniciem pulcram, faciem letam et ylarem.

. . . . . .

f. 123′. *Sic.* Anno Domini ab incarnatione XLb, tempore Lotharii, Lodovici fillii, inperatoris Pancoardus fuit tercius episcopus Cremonec . . . . . .

. . . . . .

f. 124. Iste Lodovicus inperator tamquam fidellissimus Christianus et amator sancte matris ecclesie temporibus domini Paschalid pape Romane ecclesie privillegium de infrascriptis civitatibus, opidis et castellis donavit, primoe

*f. 124′. Lodovicus inperator ait[2]: *Statuimus et concedimus per hoc factum*f *confirmationis nostre tibi beato Petro, principi appostolorum, et per te vicario tuo dompno Paschali summo pontifici et universali pape et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus vestris*g *usque nunc in vestra potestate et ditione tenuistis,* [primoh videlicet]: *Civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis, viculis atque omnibus territoriis eius, montanis ac maritimis, littoribus, portubus seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac viculis, id est Portum, Centum-cellei, Scherei, Bledam, Marthuranumk, Sutrium* . . . . . .

f. 126. *subscriptionibus pactum istud nostre confirmationis roboravimus et per legatum sancte Romane ecclesie Theodorum nomine procuratorem*l *dompno Paschali pape direximus.*

Ego Lodovicus misericordia Dei inperator subscripsi, et subscripserunt tres fillii eius et episcopi X, abbates VIII, comites XV et bibliotecarius et mansionarius et hostiarius unus.

Sic. Huic Lodovico inperatore Ytaliam ingresso in teritorio Sabinensi beatus Iohanes Baptista in visione apparuit precepitque, ut edifficaret ei ecclesiam; quod et fecit ubi dicitur Argentella. Huius *Mart. Opp.* tempore Normani, quodm idem sunt quod Norveni, Galliam graviter infestant. . . . . .

. . . . . .

f. 127. *Sic.* Anno Domini DCCCLV. Benedictus quidam fuit IIIIus episcopus Cremonensisn, regnante Lodovico fillio Lotharii in- *Iac. de Var.* peratoriso. Anno Domini DCCCLVI, ut legitur in libro Voraginis ystoriarum sanctorum, quod in Maguntia parochianad malignus spiritus parietes domorum . . . . . .

. . . . . .

f. 129′. *Sic.* Huius etiam temporep, scilicet anno Dominiq . . .r, duo fuerunt episcopi gloriossi in Lonbardia, unus nomine Paulus,

a) *sic* (p) *c., quod delendum est.* b) *sic pro* DCCCXL. *c.* c) *in marg.:* Nota de tercio episcopo Cremon̄. d) *sic c.* e) primo *post alio atramento ab Alb. suppl.* f) pactum *dipl.* g) ne *e corr.* h) po vl *post linea perducta delet.* i) centum cellischere *c.* k) Manturanum *dipl.* l) Theod. nomenculatorem *dipl.* m) *sic* (q) *c.; qui Martin.* n) cremon̄ *c.* o) *in marg.:* Nota de quarto episcopo Cremon̄. p) *seq.* duo fuer *deletum.* q) *seq.* D *deletum.* r) *spatium numero inserendo vacat.*

1) barbam — deferens *Albertus ex Martini Oppav. Chron. p.* 461. *inseruit.* 2) *Pactum Hludowici Pii Albertus integrum descripsit, editum LL. Capit. I, p.* 352—355, *nr.* 172; *Reg. Imp. I*2, *nr.* 643.

qui Placentinam ecclesiam per Suffronium destructam reparavit, et Gonboldus Parmensis, qui canonicam Parmensem instituit. . . . . *Sic.*

. . . . . .

Anno Domini DCCCLXXXV.[1] [Landoa Cremonensisb fuit episcopus, qui corpus martiris Archelay de Roma Cremonam portavit et archarium instituit, cui pro luminaribus beneficium assignavit]. *f.* 132. *Sic.*

. . . . . .

Scribit Gotifredus Viturbiensis in quibusdam gestis Romanorum, quod post Karolum tercium, tamquam inperio a Francis ad Lonbardos translato, Arnulphum in cathalogo inperatorum non nominari, Lodovicum ceterosque post ipsum in numero augustorum poni. Allii antec Arnulphum in cathologod ponunt. Eos autem qui post eum confuse usque ad Octonem regnaverunt non inperatores et augustose, set invasores etf augustos appellare consueverunt; non multo post mortuo Bosone rege Francorum occidentalium et in ecclesia sancti Dionisii sepulto Karolus ibi rex creatur. *f.* 133. *Gotifr.* 23, 24.

. . . . . .

Anno Domini DCCCCXIII.g tempore h.[2] Iohanesi fuit episcopus Cremonensisb sextusk, cancellarius Beringarii secundi inperatoris, qui comitatum per V milliaria inpetravit. Istel.[3] edificavit ecclesiam in palatio Lateranensim. *f.* 134. *Sic.* *Bonizo.*

. . . . . .

Anno Domini ab incarnatione DCCCCXX. tempore Ugonis inperatoris Daybertus fuit episcopusn Cremonensisb. *Sic.*

. . . . . .

Annoo Domini ab incarnatione DCCCCXIII.p Berengarius IIus q inperavit annis VI, qui successit Beringario primo pontificatu Landir pape anno regni sui XXVIII[4]. [Huiuss Beringarii cancellarius nomine Iohanes fuit episcopus Cremonensis, qui comitatum per quinque milliaria inpetravit anno Domini DCCCCXIII[5]]. *f.* 135.

. . . . . .

Anno Domini DCCCCLXI, tempore Ottonis maioris et primi inperatoris Luiço Cremone fuit episcopus, qui corpus sancti Ymerii episcopi et confessoris de oppido Sancti Flaviani scito in episcopatu Ymeliensit Cremonam transtulit, et in maiori ecclesia translatum estu. *f.* 137.

. . . . . .

a) *uncis inclusa deleta.* b) cremoñ *c.* c) *sic c.;* autem *Gotifr.* d) *sic h. l. c.* e) augūos *c.* f) *supple* non, *quod et in codicibus classis D Gotifredi, cuius librum Albertus habuit, deest.* g) III *e corr.* h) *seq.* Beringe *(alio atram. in loco raso)* inperatoris *deletum c.* i) Iohs *in loco raso, sequitur locus rasus in c.* k) sextus *in loco raso.* — De episcopo Cremoñ VIus (?) *in marg.* l) Iste — laterañ *alio atram. post add.* m) lateran *c.* n) *in marg.:* De episcopo Cremon VII. o) *littera* A *minio pingenda deest c.* p) DCCCCXVIII (?) *corr.* DCCCCXIII. q) ius IIus *in loco raso.* r) Landi *alio atramento in spatio vacuo relicto, quod hoc nomine amplius est, post ab Alb. suppl.* s) *uncis inclusa post deleta.* t) y *(delet.)* ymeliensi *c.* u) *in marg.:* Nota de translatione corporis sancti Ymerii et de episcopo Cremon.

1) *Sub a.* 875. *haec habet Sicardus.* 2) *Iohannis X. papae, sub quo haec leguntur.* 3) *Scil. Iohannes X. papa.* 4) *Non patet, quid hic annus regni velit.* 5) *Haec deleta, quia eadem iam f.* 134. *scripta sunt.*

Sic. Mart. Opp. et Got. 23, 31. Anno Domini DCCCCLXVI, tempore Otonis secundi Liutprandus Cremone fit episcopus[a]. Anno Domini DCCCCLXXV. Sanctus Adalbertus sive Albertus Bohemorum episcopus et natione floruit. Hic primo fuit episcopus Pragensis, post revelante Deo Pannoniam veniens primum regem Ungarorum, videlicet sanctum Stephanum, cum multis alliis baptizavit[b]. Demum per Poloniam transiens et eosdem in fide confirmans, in Prusciam veniens, ibidem predicando fidem Pruscis martirio coronatur, tempore Ottonis inperatoris secundi.

. . . . . .

f. 138′. *Got.* 23, 29. Otto iste inperator secundum illos[c] istoriographos, qui Arnolphum in cathalogo inperatorum posuerunt et allios reges, qui interim in Ytalia[d] tenebant, a chatalogo[e] excludunt. Secundum vero Romanos istoriographos, qui Arnolphum a cathalogo inperatorum excludunt et Lodovicum atque duos Beringarios et Ugonem atque Beringarium, Lotharium atque Beringarium quartum et Albertum in numero et cathalogo ponunt. Secundum vero Cronicam Martinianam et Sycardinam omnes supradictos in cathalogo inperatorum ponunt. Set Guitofredus Viturbiensis[f] in[g] cronica sua ponit Ottonem in cathalogo, allios vero negat; ab isto Ottone LXXIIII.[h] ab Augusto ab eo tempore regnum Romanorum post Francos et Longobardos inperatores predictos ad Teothonicos reversum est et ad Francos Orientales.

. . . . . .

f. 139′. *Mart. Opp.* Anno[i] Domini ab incarnatione . . .[k] Iohanes papa XVI[us], natione Romanus, ex patre . . . . .[l], successit Iohani XV. pape inperante Ottone tercio inperatore. . . . .

Reperitur in instrumentis monasterii[m] sancti Laurentii[n] Cremone, quod dominus Oldericus[o] fuit episcopus Cremonensis[p] de genere Francorum, [comes[q] et fillius Nanntelmi comitis], fondavit seu fondari fecit monasterium sancti Laurentii martiris foris murum civitatis[r] predicte[s·1], instituit et ditavit anno Domini DCCCCLXXXVI[t], indictione XIIII[a u]. Iste Oldericus fillius fuit Nantelmi

Sic. 986.

a) *in marg.:* De episcopo Cremon̄. b) batp̄auit *c.* — *In marg.:* De rege Ungarorum baptizato per episcopum Boemorum. c) *seq.* istoria *delet.* d) imperium *Gotifredi omissum.* e) *sic h. l. c.* f) *sic* (viturbien) *c.* g) *seq. littera deleta.* h) iste Otto est LXXXIIII. ab Aug. *Gotifr.* i) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* k) *spatium numero inserendo vacat.* l) *spatium nomini inserendo vacat.* m) mon̄ *c.* n) laur̄ *c.* o) *seq.* ep̄s *delet. c.* — *In marg. manu Alberti:* De Olderico episcopo Cremon̄ et mon̄ sancti Laurentii Cremone. p) cremon̄ *c.* q) *uncis inclusa ab Alb. in marg. suppl.* r) *seq.* pd̄ēc̄ē *delet. c.* s) pde *c.* t) DCCCCLXXXVIIII. *radendo corr.* DCCCCLXXXVI. *c.* u) *seq.* die XIIII^{or} mensis Madii *delet.*

1) *Tabula, qua Odelricus episcopus Cremonensis se monasterium S. Laurentii fundasse profitetur, data est a.* 990. *Maii* 31, *Codex diplom. Langobardiae (Mon. hist. patriae XIII) col.* 1501 *sqq., nr.* 853, *in qua legitur:* ego Odelricus episcopus sancte Cremonensis ecclesie, filius bone memorie Nantelmi comitis ex genere Francorum. *Sed patet Albertum et aliam tabulam vel notitiam anni* 986 *(Maii* 14? *vide n.* u), *cui indictio XIIII. convenit, nunc deperditam, legisse.*

comitis de castro Sepio[1] comitatus Colonie[2], licet de genere Francorum nominetur. . . . . .

. . . . . .

*Anno[a] Domini ab incarnatione DCCCCLXXXXIII. *f. 140v.
Gregorius papa quintus, natione Saxo, ex patre Ottone, qui primo Mart. Opp.
vocabatur Bruno, successit Iohani XVI[o] pape temporibus Ottonis tercii inperatoris. . . . . .

Huius temporibus, inperante Ottone tercio inperatore, Sic.
Oldericus episcopus Cremonensis[b] predictus, qui instituit monasterium[c] sancti Laurentii[d] atque ditavit, fabricari fecit archam beato Ymerio et corpus sancti Gregorii martiris de Spoleto Cremonam portavit; cui monasterio[c] Gezonem in abbatem de mandato dicti inperatoris prefecit atque ordinavit, anno Domini ab incarnatione DCCCCLXXXXIIII[e].

. . . . . .

Anno[a] ab incarnatione Domini millesimo primo[f], inperante f. 141.
Henrico primo, Landulfus fuit episcopus Cremonensis[b], capellanus[g] dicti inperatoris, qui fuit accerrimus monasterii[c] sancti Laurentii[d] dicte civitatis et populi Cremonensis[b] persecutor. Quocirca populus ipsum de civitate eiecit et pallatium episcopale turibus et duplici muro muratum destruxit. Proinde, licet episcopio multa conquissierit[h], tamen per superbiam et multa per inerciam perdidit. Eodem autem tempore[i].

. . . . . .

Licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint, f. 141v. Mart. Opp.
post tamen institutum fuit, ut per officiales inperii inperator eligeretur, qui sunt septem, videlicet tres cancellarii, scilicet Magontinus cancellarius Germanie, Treverensis cancellarius Gallie, Coloniensis cancellarius Ytalie, *marchio[k] Brundeburgensis[l] camerarius, dux *f. 142.
Saxonie ensem portans, marchio palatinus dapifer, rex Boemie pincerna. Unde versus:

Magontinensis, Treverensis, Coloniensis,
Quilibet inperii fit cancelarius horum.
Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna Boemus:
Hii statuunt summum[m] cunctis per secula summum.

a) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* b) cremon *c.* c) mon̄ *c.* d) laur *c.* e) *in marg.:* De translatione sanctorum corporrum Ymerii et Gregorii et institutione mon̄ sancti Laur. Gezo primus abbas mon̄ sancti Laur. f) primo — primo *in loco raso.* g) capell. — eiecit *Alberti manu in loco raso.* h) 9quiesierit *(corr.* 9quissierit?*) c.* i) *unus et dimidius versus post haec vacant.* k) *a f.* 142. *alio atramento subfusco scriptum.* l) *sic* (brundeburgen̄) *c.* m) *cf. supra p.* 4, *n.* h.

1) *Cf. Codex diplom. Langobard. p.* 1108 *sq., nr.* 644: Constat me Nantelmus comes Sepriense, abitator castro Seprio, filio quondam Rostanni, qui visit lege Salicha; *unde in diplomate Ottonis III. dato a.* 992. *Maii* 21, *MG. Dipl. II, p.* 508, *nr.* 97, *quo res a Nantelmo patre et Wilielmo fratre comitibus hereditate acceptae Odelrico episcopo confirmantur, legendum esse patet* in curte castri Sebrii *(pro* Febrii*), ut recte legitur in Cod. diplom. Langobard. p.* 1523, *nr.* 865. 2) *Quid* Colonie *hoc loco velit, non facile intellegitur. A Friderico I. imperatore ecclesia Coloniensis quasdam possessiones in comitatu Seprii accepit.*

Et inperator[a] Romanus debet dominari omnibus regionibus totius mondi de iure, sicut dicitur in principio Codicis[1]: *Omnia que videmus nostra sunt* et cet. Et debet coronari tribus coronis: Prima corona ferrea coronatur Aquisgrani Coloniensis diocesis. Secunda corona argentea coronatur in ecclesia Modoetiensi[b] per archiepiscopum Mediolani. De tercia vero coronatur aurea in Urbe in bascilica sancti Petri per summum pontificem[2], et tunc post coronationem statim asendit[c] unum montem prope Romam per duo milliaria, qui vocatur mons Marro, qui est altior omnibus alliis montibus contiguis dicte urbis[d], cum manu sua tenens ensem, volvendo se dicit et precipit: 'Omnia que videmus nostra sunt et ad mandata nostra veniunt per universum mondum'[3]. Set hodie quedam regiones exempte sunt et non subsunt ei in aliquo.

. . . . . .

f. 142c. Mart. Opp. Anno[e] ab incarnatione Domini M°XXI. Iohanes papa XX^us^, natione Romanus, ex patre Gregorio, successit Benedicto octavo in sede inperante Henrico inperatore primo, rege autem II°, qui proprio nomine vocabatur papa . . . . .[f] et sedit annis VIIII^or^[g], m. VI[4]. Iste papa guerram habuit cum Romanis. Anno Domini ab incarnatione
1021. *(Apr. 22).* M°XXI. Landulphus episcopus Cremonensis[h] predictus penitens de persecutionibus iniuste, iniuriis et dampnis illatis monasterio[i] sancti Laurentii[k] dicte civitatis, inperante predicto inperatore Henrico, ecclesiam sancti Victoris martiris Cremone cum omni edifficio sibi adherente prioratum instituit et monasterio[i] predicto supposuit et perpetuo donavit. Existente abbate dicti monasterii[i] Lanperto quidam[l] nomine secundo[m. 5].

Sic. Anno[n] Domini M°XXVI, regnante Conrado inperatore secundo, Ubaldus Cremone fuit episcopus, successor Landulphi

a) *seq.* debet *delet.* b) modoetiē *c.* c) *sic c. pro* ascendit. d) *sic c.* e) *littera initialis* A *minio pingenda deest c.* f) *spatium nomini inserendo vacat.* g) *sic persaepe etiam scriptum est ad numerum* VIIII *in c.* h) cremoñ *c.* i) moñ *c.* k) laur *c.* l) *sic c.* m) ꝺco *(pro* sc̄do*) alio atram. post add. c.* n) *sequentia Alberti manu, sed alio atram. post suppleta.*

1) *Nescio, ubi hoc legatur.* 2) *Eadem vide supra p.* 5. 3) *Cf. tractatum supra p.* 4, *n.* 4. *allatum p.* 383 *sq.* 4) *Sic* (a. VIIII, m. VI) *habet Gotifr., SS. XXII, p.* 295; a. VIIII, [m. VIIII *A*] *Martin. Oppav.* 5) *Haec ex tabula Landulphi episcopi data a.* 1021. *Apr.* 22, *Muratori, Antiq. Ital. V (Mediolani* 1741*), col.* 983 *sq.; L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae I, p.* 57 *sq., nr.* 37. *Primus abbas monasterii S. Laurentii fuit Lampertus I, qui in tabula fundationis huius monasterii p.* 8, *n.* 1. *laudata nominatur.*

condam episcopi[a], qui quoque dictum monasterium sancti Laurentii persecutus est et apud Lacum-obscurum pugnans inpugnatus est industria et sapientia dicti domini[b] Lanperti abbatis dicti monasterii[c]. Eodem tempore Aripertus fuit archiepiscopus civitatis Mediolani[d]. Huius tempore Haymericus sancti Stephani primi regis Ungarorum fillius virgo cum sponsa sua obiit miraculis coruschantibus. *Sic.* *Mart. Opp.*

. . . . . .

Anno[e] Domini ab incarnatione M°XLVIIII°r Benedictus papa VIIII[us], natione Tuschulanus, ex patre Albrico, successit Iohani pape XX° inperante Conrado secundo[f] inperatore . . . . . *f. 143'.*

Anno[g] ab incarnatione Domini M°XXXVIII. inperante Conrado inperatore, Valdericus[1] fuit abbas monasterii sancti Laurentii Cremone. 1038.

. . . . . .

Anno[e] ab incarnatione Domini M°XLIII. Gregorius VI[us] papa[h], qui proprio nomine vocabatur Iohanes archipresbiter Sancti Iohanis ante portam Latinam, natione . . . . .[i], ex patre . . . . .[i], successit Benedicto nono pape temporibus Conradi inperatoris . . . . . *f. 144.*

Anno Domini ab incarnatione M°XL.[k] Waldemanus monasterii[c] sancti Laurentii[l] Cremonensis[m] fuit abbas. 1040.

. . . . . .

*Anno[e] Domini ab incarnatione M°XXVI.[n] Conradus secundus[o] inperator, natione[p] Francus, defuncto Henrico primo inperatore Claudo sine filliis, Conradus predictus conscilio predicti Henrici[q] inperatoris, cuius tamen[r], dum viveret, gratiam non habebat, ab omnibus electus est ad inperium . . . . . *f. 144'. Sic.* *Got. 28, 34.*

Anno ab incarnatione Domini M°XXX. anno autem regni eius Conradi inperatoris secundi VII°, inperii vero IIII^to^, indictione XIII[a. 2], tercio Idus Octubr. privillegiavit monasterium[c] sancti Laurentii Cremone supplicationibus 1030. *Oct. 13.*

a) *in marg.:* Nota de Ubaldo episcopo Cremon. b) .d. c. c) mon c. d) *in marg.:* Nota de Ariperto archiepiscopo Mediolani. e) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* — *In marg.:* Papa Benedictus VIIII^us^. f) Conr. sec. *in loco raso, sec. alio atram.* g) *haec alio atram. ab Alb. post suppleta.* h) *in marg.:* Gregorius VI^us^ papa. i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) XL° *in marg. corr.* M°XL. l) laur c. m) cremon c. n) M°XXVII. *radendo corr.* M°XXVI. o) *in marg.:* Conradus imperator. p) natioe c. q) *seq.* nunc *delet.* c. r) cu *(pro* cū*), ut videtur,* c.

1) *De quo vide diploma Heinrici III. datum a.* 1040. *Ian.* 17, *Stumpf, 'Reichskanzler' III, p.* 646 *sq., nr.* 458 *(nr.* 2163*).* 2) *Legas* XIIII[a]. *Reliquae notae chronologicae bene inter se conveniunt. Hoc diplomatis excerptum edidit H. Bresslau MG. Dipl. IV, p.* 207, *nr.* 155, *ubi vide de numero indictionis.*

domini Lamperti abbatis monasterii[a] eiusdem abbatis[b. 1].

Mart. Opp. Iste inperator multas leges condidit. . . . . .

. . . . . .

f. 145'. *Got.* 23, 34. deinde reversus[2] in Franciam ad civitatem Traiectum inferiorem pervenit, ibique infirmatus obiit anno regni sui . . .[c], inperii vero . . .[c. 3], *Mart. Opp.* et post mortem eius permansit vacuum inperium tribus annis.

*f. 146. *Anno[d] ab incarnatione M°XLVII.[e] Damascus[f] papa II^us^, natione Theotonicus, ex patre . . . . .[g], qui proprio no- *Got.* 23, 37. *et Sic.* mine vocabatur Popius patriarcha Aquiligensis, successit Clementi pape II° inperante Henrico inperatore II°, ratione *Mart. Opp.* autem regni III°, qui sedit Rome in papatu diebus XXIII; et cessavit diebus XI. Iste fuit invasor sedis appostolice et subito defunctus est.

1047. Anno Domini ab incarnatione M°XLVII. quidam nomine Guisalbertus fuit abbas monasterii sancti Laurentii[h] Cremone quintus.

. . . . . .

*f. 147. *Anno[d] Domini ab incarnatione M°LIII. Victor papa *Mart. Opp.* II^us^, genere Alamanus, ex patre . . . . .g, qui proprio nomine *Got.* 23, 37. Gebahardus vocabatur, Astetensis episcopus, successit Leoni *Mart. Opp.* pape inperante Henrico inperatore II°, qui sedit annis II, m. III; et cessavit diebus III. Hic papa timore inperiali factus est papa; qui apud Florentiam synodum cellebravit et multos episcopos propter symoniam et fornicationem deposuit. Hic in Galias veniens ab Henrico inperatore gloriose suscipitur.

1055. Anno Domini ab incarnatione M°LV. Otto abbas monasterii[a] sancti Laurentii[h] Cremone fuit[i].

. . . . . .

*f. 147'. *Anno[d] Domini ab incarnatione M°LV.[k] Benedictus *Mart. Opp.* papa X^us^, natione . . . . .g, ex patre . . . . .g, qui proprio nomine vocabatur Mitius, successit Stephano pape inperante Henrico inperatore II°, rege autem tercio, qui sedit in papatu m. VIIII^or^[l]. Iste fuit Velletrensis episcopus, factus papa per violentiam, postea cessit. Anno[m] Domini ab incarnatione M°LV. Otto nomine fuit abbas monasterii[a] sancti Laurentii Cremone[4], qui in ordine sextus.

. . . . . .

a) mon *c.* b) *sic iterum c.* c) *spatium numero inserendo vacat c.* d) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* e) *radendo corr. ex* M°XLVIIII. f) *sic c.* g) *spatium nomini inserendo vacat.* h) laur *c.* i) *in marg.:* De abbate VI° sancti Laur. k) *omnia quae f.* 147'. *leguntur alio atramento scripta ab Alberto postea addita esse videntur.* l) pap. MVIIII^or^ *c.* m) Anno — sextus *post delet., et in marg. alia posteriore manu adnotatum:* Duplicat' est, ideo can[cellatum].

1) *Diploma, ex quo haec excerpta sunt, non exstat. Cf. P. Kehr in 'Nachrichten der kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.' 1903 (Gött. 1904) p.* 547. 2) *Conradus II. imperator.* 3) *Gotifr. p.* 242. *habet* anno regni sui XVII, imperii vero XIIII. 4) *Eadem vide supra l.* 26. 27.

Anno[a] Domini ab incarnatione M°XLVIII[b], indictione *f. 148.*
prima[1], Henricus II^us inperator, set ratione Henricorum regum tertius *Got. 29.*
est numerandus . . . . . .

Anno Domini M°LII° Bonifacius marchio sagitta in spineta *f. 148'. Sic.*
occissus est, et quidem, ubi sagitarius pedes et genua fixit, radix omnis arruit, et herba cum germinet[c] in circuitu ibi ulterius non germinavit, ut Dei nutu apparerent latentis vestigia occissoris. Inperator *Got. 23, 37.*
rursus Italiam ingressus comitissam Beatricem, matrem scilicet comitisse Mathilde, consanguineam suam, viduam Bonifacii marchionis, secum deduxit.

Anno[d] Domini M°LV, indictione VII[a e. 2], octavo 1055?
Kall. Septembr.[f] Comitissa Adelaxia, uxor condam *Aug. 25.*
Ugonis comitis, monasterium[g] sancti Thome de Aquanigra diocesis[h] Brixiensis de suis propriis bonis dotavit, anno inperii[i] dicti domini[k] Henrici inperatoris VII[1. 3].

*Anno[a] Domini ab incarnatione M°. . .[m] Alexander *f. 149. Mart. Opp.*
papa II^us, natione Mediolanensis, ex patre . . . . .[n], successit Nicholao pape temporibus . . . . .[n], qui proprio nomine vocabatur . . . . .[n], qui sedit annis II°, m. VI, d. XXV.
. . . . . .

Anno[p] Domini ab incarnatione M°LXIII. Arnulphus *Sic.*
XIII^us fuit episcopus Cremonensis[q], tempore Henrici inperatoris tercii[r].

*Anno[a] ab incarnatione Domini M°. . .[m] Gregorius *f. 149'. Mart. Opp.*
septimus papa, natione Tuscus, patria Senensis, ex patre A. . . . . .[n. 4], qui proprio nomine Aldibrandus vocabatur, *Got. 23, 39. et Iac. de Var.*
monacus Cluniacensis et archidiaconus cardinalis domini[k] Alexandri pape secundi, predecessoris sui, qui propter lauda- *Mart. Opp.*
bilem vitam a cardinalibus est in papam electus temporibus Henrici inperatoris . . .[s], regis autem . . .[s], qui sedit annis . . .[s].
Quod quia sine inperatoris concessione actum est . . . . . Ante *Got. 23, 39.*
hunc inperatorem non legimus aliquem a Romano pontifice excomunicatum aut inperio privatum, nisi forte illud pro excomunicatione reputetur, quod Philippus primus Christianus inperator ad breve tempus a Romano pontifice inter penitentes legitur collocatus, aut illud, quod Theodosius ob cruentam hominum[t] a liminibus ecclesie legitur sequestratus. Anno Domini ab incarnatione M°LXXVIII, tempore domini[k] Gregorii pape translata

a) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* b) M°XLVI. *(ubi iam* XLVI *alio atram. in loco raso) corr. in* M°XLVIII. *c.* c) *sic c. cum codice* 1 *Sicardi.* d) *haec ab Alb. alio atram. post suppleta.* e) *seq.* die *delet. c.* f) setpbr *c.* g) mon̄ *c.* h) dioc̄ brixien̄ *c.* i) *seq.* eius *delet. c.* k) . d. c. l) *reliqua pars paginae vacat. — In marg.:* Nota de dotatione mon̄ sancti Thome de Aquanigra dioc̄ Brixien̄. m) *spatium vacat.* n) *spatium nomini inserendo vacat.* o) XI *Martin.* p) *haec ab Alb. post suppleta.* q) cremon̄ *c.* r) *reliqua pars paginae vacat. — In marg.:* Nota de episcopo Cremon̄ XIII. s) *spatium numero inserendo vacat.* t) *supple* cedem.

1) *A.* 1048. *vere fuit indictio I.* 2) *A.* 1055. *indictio VIII. et IX. fuit.* 3) 1053. *fuit Heinrici annus VII. imperii.* 4) *Hildebrandi pater fuit Bonizo (Bonicus).*

1078. fuerunt corpora sanctorum Marcellini et Petri exorciste[1] de Roma[a] Cremone et in monasterio[b] sancti Thome eiusdem civitatis fuerunt collocata pontificatus eiusdem[c].

1086. [Et[d] anno Domini millesimo LXXXVI. Urso de Orsonibus fuit VIII[us] abbas[2] monasterii[b] sancti Laurentii[e] Cremone[f]]. Anno Domini ab incarnatione[g] M°LXXXVIII.[3]

Mart. Opp. Ossa beati Nicholai episcopi de Mirea civitate Licie iam destructa a civibus Barensibus transferruntur . . . . . .

. . . . . .

*f. 150'. *Anno[h] Domini ab incarnatione millesimo LXXXVIIII. Urbanus papa II[us], natione .....[i], ex patre .....[i], qui
Mart. Opp. proprio nomine vocabatur Octo episcopus Hostiensis, successit Victori in sede temporibus Henrici tercii inperatoris, regis autem quarti.
Got. 23, 38. . . . . . Eodem tempore civitas Iherusalem a paganis conculcata erat atque detenta, sepulcrum autem Domini ab eis causa questus venerabilliter habebatur, vivente adhuc inperatore Henrico inperatore[k] tercio et rege quarto et Alexio rege Grecorum. Tunc prefatus dominus Urbanus papa propter miseriam Iherosolimorum transiens in Gallias ad defensionem sancti sepulcri Christianorum arma conmovit atque ex diversis nationibus centum millia hominum ad arma collegit. Et
Sic. anno Domini M°LXXXXVI. multitudo peregrinorum per Cremonam transeuntium marre transivit, qui transactis tribus annis Iherusalem Dei gratia recuperaverunt.

. . . . . .

*f. 152. *Anno[h] Domini ab incarnatione millesimo centessimo . . .[l]
Mart. Opp. Paschalis papa II[us], natione Tuschus, ex patre .....[i], allio nomine vocabatur .....[i], successit Urbano pape temporibus Henrici inperatoris tercii, regis autem quarti.
f. 152'. . . . . . Interim[m] anno Domini M°C°X, temporibus Hen-
Sic. rici inperatoris quarti Valterus fuit episcopus Cremonensis[n].

. . . . . .

a) *seq.* in mon *delet. c.* b) mon̄ *c.* c) *sic, spatio non vacante, c.* d) Et — Cremone *ab Alb. post suppleta.* e) laur *c.* f) *in marg.:* De octavo abbate mon sancti Laur. g) *seq.* LXXX *delet. c.* h) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) *sic iterum c.* l) *spatium numero inserendo vacat.* m) Interim — Cremon *in loco raso ab Alb. post suppleta.* n) *in marg.:* De episcopo Cremon XIIII°.

1) *Quae iam multo antea ab Einhardo in ecclesiam Seligenstatensem et, ut quidem monachi S. Medardi mentiti sunt, in suum monasterium translata erant. Cf. Acta SS. Iun. I, p.* 171; *Ant. Zacharias, Episcoporum Cremonensium series emend. p.* 202 *sqq., qui dicit in Martyrologio Usuardi ecclesiae Cremonensis (saec. XV?) ad horum nomina adscriptum esse:* Horum corpora tempore Gregorii papae VIII.(!) per venerab. Gulielmum tunc abbatem monasterii sancti Thomae Cremonensis ab Urbe in civitate Cremona translata sunt et in eorum monasterio recondita. 2) *Septimum abbatem in Cronica Alberti non reperi.* 3) anno Domini MLXXXVII. *habet Iac. de Varagine, Leg. Aurea c.* 3, 7. *Cf. infra f.* 162', *p.* 30 *sq. et f.* 165, *p.* 38, *ubi locus Iacobi de translatione Nicolai bis exscriptus est.*

*Anno Domini M°C°XVIII. dominus papa[1] defunctus est apud ecclesiam sancte Marie Transpadine[a] et inde cum totius cleri et populi frequentia per Urbem media[b] vectus in ecclesia sancti Salvatoris sepultus est. *f. 153. Mart. Opp.

Anno[c] Domini ab incarnatione millesimo LXIII.[d] Henricus inperator tercius, rex autem quartus, fillius Henrici inperatoris secundi, de semine Guebelingo natus, successit Henrico inperatori secundo, patri eius, ad inperium, sedente in papatu domino Alexandro pape secundo; qui inperavit annis XLVIIII. Sic. Got. 23. Got. 23, 39. Mart. Opp.

. . . . . .

Anno Domini M°LXX. civitas Astensis capta est ab Adaleida. Sic.

. . . . . .

Anno Domini M°LXXXIII.[2] fames et mortalitas fuit fere in universa terra, et inperator ob'sedit civitatem Tiburtinam die III° mensis Iunii. Eodem vero anno comitissa Mathildis Nonantulam obsedit. Huius tempore stella clarissima in circuitu prime lune ingressa est XIII. Kall. . . . .[e] in noctis initio. . . . . .[f] Victori pape[g]. Mart. Opp. *f. 153'. Sic. Mart. Opp.

*Anno Domini[h] M°LXXXXVI.[i] multitudo peregrinorum per Cremonam transeuntium marre transivit, qui transactis tribus annis Iherusalem Dei gratia recuperaverunt; quam ystoriam videre[k] poteris supra in titulo Urbani pape[1.3]. *f. 154. Sic.

Anno Domini M°LXXXXVIII. primo cepit guerra de Crema, frixorium Cremonensium. Interea papa Urbanus moritur post recuperationem sancti sepulcri, et Paschalis papa in sede collocatur anno Domini M°C, discors dicti inperatoris; quem papam quidam ex Romano clero usque adeo persecuti sunt, quod tres papalia insignia induentes eos in summos pontifices erigere presumpserunt. Set demum ab eodem Paschali confussi et prostrati sunt. . . . . Sic. Mart. Opp. et Got. 23, 39. Sic.

Anno Domini M°CII. Comitissa Matildis Ferrariam obsedit . . . . . .

Anno Domini M°CVII. Cremonenses[m], Laudenses et Papienses[n] incenderunt burgum Terdone. . . . . f. 154'.

. . . . . .

Huc usque tam ex libris Orosii quam Eusebii et alliorum, qui post eos scripserunt, auctoritatibus fulti scripta nostra posuimus. Cetera autem que sequntur[o], quia recentis[p] memorie et quasi nostrorum temporum sunt, nos ea nobis a viris probabillibus tradita et partim a nobis occulata fide conspecta et auribus nostris audita quanto veracius posumus favente[q] Deo lectoribus preponemus[r]. Hec[s] Guithofredus episcopus. Got. 23, 41.

a) *sic c. pro* Transpadane. b) mediam Urbem *Martin.* c) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* d) LXI *e corr. in loco raso.* e) *spatium mensi inserendo vacat.* f) *spatium unius verbi vacat.* g) *reliqua maior pars paginae* 153', *vacat.* h) *seq.* LX *delet.* i) VI. *e corr. radendo (e* VII?*) c.* k) videres, s *expunct. c.* l) *seq.* Recuperato sep *delet. c.* m) cremon *c.* n) papien *c.* o) *sic c.* p) retentis *c.* q) *seq.* l *(non delet.).* r) proponemus *Gotifr.* s) *seq. littera quaedam maiuscula non perspicue scripta.*

1) *Paschalis II.* 2) *Sicardus de fame ad a.* 1084. *refert. Attamen annum hunc Albertus ex ipsius Cronica per errorem transscripsit.* 3) *P.* 14, *ubi eadem e Cronica Sicardi exscripta sunt.*

Got. 23, 41. Inperator Henricus tercius et rex quartus omnibus regallibus filio resignatis et omnium principum suffragio destitutus. Et[a] factus egenus, dum per Renum fluvium Coloniam pervenisset, ibi non sicut exul, set ut inperator a civibus suscipitur. Indeque[b] procedens Leodium insinuavit omnibus tam verbo quam litteris a principibus se fuisse deceptum et ad resignanda regalia fillio coartatum. Transacto pauco tempore pater Henricus apud Leodium moritur et more regio ibi seppellitur. . . . . .

f. 155*v*. *Sic.* Anno[c] Domini ab incarnatione M°C°XX°[d], indictione duodecima[e], Calistus II[us] papa, qui proprio nomine[f] *Mart. Opp.* vocabatur . . . . .[g], natione Burgundus, comitis fillius et archiepiscopus Vienensis fuit[h], successit Gelasio pape inperante Henrico inperatore quarto, rege autem quinto . . . *Got.* 23, 42. *Sic.* . . . . . Videns igitur a se regnum paulatim deficere, et quod non est scientia, non est potentia contra Dominum, rediit ad pacem ecclesie, remitens omnem investituram et quicquid spiritualium privillegio violenti[i] extorserat et concedens canonicam fieri electionem et consecrationem, et sic pacificaverunt ad invicem. Et sic ait: *Ego Henricus* et cet.

1123. Anno Domini ab incarnatione M°CXXIII.[k] Quidam nomine Urso de Orsonibus[1] civis Cremonensis[1] fuit abbas monasterii[m] sancti Laurentii[n] Cremone[2], suis supplicationibus fuit privillegiatum[o] dictum monasterium[m] a dicto summo pontifice[3] pontificatus sui anno V, in- *Mart.* 18. *Mart. Opp.* dictione prima, XV. Kall. Aprillis[4]. Et sic omnibus pacificatis dictus papa mortuus est et in ecclesia Lateranensi[p] sepultus. [Iste[q] papa Calistus Conpostellanum episcopum pro reverentia corporis beati Iacobi apostoli, quod ibi requiescit, archiepiscopum instituit, subiciens sibi Emeritanam provintiam. Lucanam *Sic.* quoque ecclesiam gratia pallei decoravit. Anno Domini M°CXXVI, temporibus Lotharii inperatoris Orbertus episcopus Cremonensis[1] XV. fuit[r]. Et eodem anno Ubaldus fuit abbas monasterii[m] sancti Laurentii[n] Cremone civitatis nonus[s]].

f. 156. *Got.* 23, 42. *Anno[c] Domini ab incarnatione M°C°XX°VII°. Honorius II[us] papa, qui proprio nomine vocabatur Lambertus, *Mart. Opp.* natione Bononiensis, ex patre . . . .[t], successit Calisto pape in sede inperante Henrico quarto, rege autem *Sic.* quinto, qui sedit annis V, m. II, d. III. Iste papa cum fuisset

a) *sic distinctum et littera maiuscula* E *in c.* b) Indenque *c.* c) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* d) XX° *e corr. in loco raso.* e) duod. *supersc.* f) *seq.* ucab *delet. c.* g) *spatium nomini inserendo vacat c.* h) *seq.* post *delet. c.* i) *sic et omnes codd. Sicardi.* k) M°CCXIII, *corr.* M°CXXIII. l) cremon *c.* m) mon *c.* n) laur *c.* o) priuillegiatus *corr.* priuillegiatum *c.* p) lateran *c.* q) *uncis inclusa alio atramento aquoso ab Alb. post suppl.* r) *in marg.:* De episcopo Cremon. s) *in marg.:* De abbate sancti Laur VIIII°. t) *spatium nomini inserendo vacat.*

1) *Albertus addidit* de Orsonibus, *quod in privilegio infra n.* 4. *dicto non legitur.* 2) *Haec vide iam supra p.* 14, *l.* 4—6, *ibi post suppleta.* 3) *Calixto II.* 4) *Hoc privilegium edidit P. Kehr in 'Nachrichten von der kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.' 1903. p.* 553 *sq.*

electus sub contentione Teobaldi presbiteri cardinalis, humiliter mantum deposuit. Cardinales videntes humilitatem ipsius unanimiter ei obedientiam prestiterunt. Hic deinde desendit in Apulia in civitate Aquile a baronibus vocatus, ut eam civitatem, quia iuris beati Petri est, tueretur a comite Rogerio Syculo, set cum papa vidisset infidellitatem baronum, saniori conscilio habito Rogerium accepit in gratiam et facto homagio et fidelitate firmata ipsum de ducatu Apulie investivit. Iste papa per P[etrum] presbiterum cardinalem patriarchas, id est Aquiligensem et Venetum, deposuit. Iste papa ducem Fredericum et Conradum fratres, nepotes Henrici inperatoris quarti mortui, excomunicavit, pro eo quod contra Lotharium inperatorem, successorem Henrici quarti, rebellaverant. Iste vero papa Rome mortuus est et in ecclesia Lateranensi[a] est sepultus.

Sic. *Mart. Opp.* *Sic.* *Got. 23, 46.* *Mart. Opp.*

Anno[b] Domini M°CXXVIIII°r Orbertus predictus XV. episcopus[c] Cremonensis[d] corpus beati Ymerii episcopi et confessoris, quod diu latuerat, in scrineo ferrato recondidit in maiori ecclesia Cremonensi[e].

Sic.

Anno[f] ab incarnatione Domini M°C°VIII. Henricus quartus inperator, ratione autem regni quintus, post mortem patris sui Henrici tercii inperatoris suscepit inperium, sedente in papatu Paschali papa secundo, qui inperavit annis XV; tercio autem anno post obitum patris mirabili collecto exercitu per montem Iovis transit Pyreneum, Romam proficiscens. Cumque supra Padum castrametatus[g] fuisset, precepit exercitum recenseri. Inventa sunt XXX M millitum, exceptis omnibus, qui ad eum de Italia confluxerunt. Inde per montem Appeninum transiens burgum Pontis-tremuli turibus et muris valde munitum, qui transitum exercitui prohibere temptavit, expavit[h] atque destruxit. Deinde per Tusciam procedens usque ad Aretium civitatem ipsam destruxit, pro eo quod cives illi ecclesiam sancti Donati, id est episcopium, quod est extra civitatem, destruxerant, sedem episcopalem infra menia civitatis ponere intendentes. Hiis ita peractis Romam pervenit et in gradibus beati Petri apostoli a papa Paschali conctisque cardinalibus et a populo Romano cum crucibus in processione, cum tripudio et gaudio magno susceptus est. Ipse autem papam Paschalem conscilio quorumdam sceleratorum captum detinuit et Ulrico patriarche Acquiligensi cum reverentia custodiendum conmisit. Tunc orto ex proviso[i] tumultu et ornatu ecclesie conctisque rebus clericorum invasis atque distractis, qui expectabant gaudium, luctum incurrunt[k]; et in vinculis duobus mensibus et ultra detinuit, eo quod patrem prohibuerat seppelliri, ita quod per quinque annos iacuit in feretro, et quia no'lebat eum consecrare, nisi iuramento firmaret, quod de investituris ecclesiarum, episcoporum et abbatum, se ulterius non intromiteret, et allia, prout in istoria Paschalis pape scripta sunt. Papa aliquandiu capto et detento inperator a

Got. 29, 2. 23, 42. et Mart. Opp. et Sic. *Got. 23, 42.* *Sic.* *f. 156'.* *Got. 23, 42.*

a) Laterañ *c.* b) *sequentia* — ecclesia Cremoñ *alio atramento ab Alb. post suppleta.* c) ep̃s *in loco raso.* d) cremoñ *c.* e) cremoñ *c.* — *Octo versus circiter post haec vacant.* f) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* g) castrameratus *c.* h) expugnavit *Gotifr.* i) improviso *Gotifr.* k) *seq.* Occa *delet. c. Albertus* Occasio *scribere voluit sequentem locum Gotifr. exscripturus, sed consilio mutato ad Sicardi relationem se convertit.*

Got. civibus revocatur et episcoporum investituras, id est anulum et baculum, a papa recipiens ipsum papam et cives Romanos muneribus recun-
Sic. ciliari curavit[a]. Anno Domini M°C°X° fuit bellum inter Mediolanenses et Cremonenses apud Brixianorium Cremonensibus pernitiosum. Eodem anno civitas Laudensis[b] destructa est a Medio-
Got. 23, 42. lanensibus. Demum recunciliatione facta coronatus est anno ab incarnatione Domini MCXI, anno vero regni eius, ex quo pater regalia
ib. 40. sibi resignaverat, sexto. Dum autem Henricus inperator gestat in Urbe coronam, audet Guiscardus Robertus partim conburere Romam et Lateranensi[c] porta perusta transivit ad Danaos; rex autem Danorum[d] cum auxilio Grecorum resistit Guiscardo duci viriliter. Iste autem dux pauper erat in rebus, set erat dives probitate; qui pre paupertate fieri fecit nummos ex corio, qui expendebantur in suo exercitu. Set devictis Danais argentum pro denariis coriatis millitibus gratis dat satis. Robertus Viscardus obiit tandem sine prole, et Rogerius germanus ei
Mart. Opp. succedit honore. Ille Robertus vicit Alexium et Cyminianum Constantinopolitanos inperatores. Iste autem Robertus fuit quidam Francigena, qui venit Romam cum magno exercitu volens, si posset, Urbem occupare, set inde repulsus intravit regnum Scicilie et
Got. 23, 40. Apulie, quod et cepit paulatim. Rogerius vero germanus Roberti
Mart. Opp. erat de more paganus, de Rogerio comite generatus, et habuit filliam Constantini, matrem Frederici inperatoris, qui contra Otonem promotus est. Iste Rogerio[e] genuit Gulielmum regem Apulie, Calabrie, qui fuit in omnibus gloriosus; cuius tempore regnum diviciis et deliciis pre ceteris florebat regnis. **Inperator Henricus predictus a papa sic coronatus et alliis solempnitatibus**
Sic. et *Got.* 23, 42. **factis.** Anno Domini M°C°XIII. Synodus episcoporum postea celebrata privillegium, potius pravillegium appellandum, per violentiam regis extortum, inter papam Paschalem et inperatorem factum repro-
Sic. bavit atque cassavit[f]. Et eodem anno Cremona fuit concremata
1113. *Aug.* 10. incendio, **indictione septima**[1], **in die sancti Laurentii**[g. 2]. **Cuius incendii causa conbussit**[h] **has ecclesias, scilicet monasterium**[i] **sancti Laurentii**[g], **ecclesiam sancti Heraxmi, ecclesiam sancti Pantaleonis, sancti Donati, sancti Vitalis, sanctorum Cosme et Dalmiani**[k], **sancti Georgii, sancti Ambrosii, sancti Petri, sancte Marie, sancti Prosperi, monasterium**[i] **sancti Thome, sancti Ypoliti, sancti Barnabe, sancti Galli, sancti Andree, sancti Michaelis**[l], **sancti Nazarii, sancti Mauricii, sancti Sepulcri, sancti Antonini, sancti Martini, sancti Mathei, sancti Viti, sancti Gervaxii, sancti Marci, sancti Alexandri, sancti Romani et**

a) *seq.* et pape *erasum c.*; et a papa *sequitur Gotifr.* b) *nota lectionem codicis* 1 *Sicardi, contractis iis quae in eius Cronica sub a.* 1110. *et* 1111. *leguntur.* c) lateran *c.* d) *sic h. l. c.* e) *lege* Rogerius. f) *seq.* Inp *delet. c.* g) laur *c.* h) causa. gbusserunt *ab Alb. post corr.* gbussit *c.* i) mon *c.* k) *sic c.* l) Mich *c.*

1) *Sexta potius.* 2) *Hoc ex Ann. Cremon. antiquissimis deperditis profectum est. Cf. Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 3; *Ioh. Codagn. Ann. Placent. p.* 3.

sancti Salvatoris V. Idus Augusti hora nona[1]. Inperator autem ab Urbe in Franciam reversus filliam Henrici [regis[a]] Anglorum Mathildam in uxorem sibi coniunxit nuptiasque magnificas Maguntie cellebravit. In ipsa curia Lotharius dux Saxonie, qui postea fuit inperator, tunica lanea pro penitentia indutus et pedibus discalciatus procedit ante pedes inperatoris; tantus enim terror omnes invaserat, ut aliquis voluntati sue resistere non auderet. Ceterum *in ipsa nuptiarum cellebratione, ubi omnes convenerant, facte sunt contra eius terribillitatem multe principum conspirationes, et extunc tam manifeste quam occulte multi incipiunt rebellare. Ex conscilio autem et sugestione archiepiscoporum, Frederici scilicet Coloniensis et Alberti Maguntinensis, et alliorum quorumdam Calistus papa, qui post Paschalem et Gelasium Rome pontificatum acceperat, inperatorem excomunicationis vinculo innodavit. Scismate itaque renovato inperator Romam pergens[b] natione Yspanum in cathedram per suam violentiam collocavit, quem Romani apud Sutrium postea captum et camello, ut dicitur, suprapositum cum ignominia deportaverunt et in Cavensi monasterio[c] prope Salernum perpetue custodie tradiderunt. Inperator videns a se regnum paulatim deficere et exemplum patris sui mente revolvens atque metu anathematis[d], quo urgebatur, collecta generali curia apud Vormatiam investituram episcoporum, scilicet annulum et baculum, in manus legati apostolici nomine Lamberti, qui postea fuit papa Honorius, publice resignavit, per quode[e] ab anathema[f] est absolutus. Papa quoque inperatori tale privillegium scripsit, ut episcopi omnes, tam Cisalpini quam citra, non prius episcopi ordinentur, quam per manus inperatoris de regalibus sint investiti. Inperator de Romanis ulcisci desciderans, festinato cursu in Italiam, Urbem obsedit. Quibus contra eum incaute progressis[g] plurimos cepit, quos fere omnes aut cecavit aut denasavit. Anno Domini M°C°XV°. Comitissa Mathildis moritur et apud ecclesiam sancti Benedicti inter Padum et Lironem, quem[h] dotaverat[i], quod[k] Teutaldus avus eius construxerat, et Bonifacius pater eius posessionibus ampliaverat. Anno Domini M°CXVI, indictione X, III° Nonarum Ian.[2] Teremotus magnus fuit, propter quem maior Cremonensis[l] ecclesia corruit, et corpus confessoris Ymerii diu latuit sub ruina. In parochia autem Legiensi porcha porcellum faciem hominis habentem enixa est. Pullus autem galine quadrupes natus est. Anno Domini M°CXVIII. alius ignis iterum posuit civitatem Cremone sub ruina[3]. Anno Domini M°CXX. fuit prima guerra de Parma, qua Cremonenses cum Parmensibus in Parmensi glarea conflixerunt. Henricus vero inperator, quia patrem suum dehonestaverat, iusto Dei

Aug. 9. *Got.* 23, 42. *f.* 157. *Sic.* *Got.* *Sic.* 1117. *Ian.* 3. *Sic.* *Iac. de Var.* 1118. *Sic.* *Mart. Opp.*

a) regis *om. c.* b) *supple* Burdinum. c) moñ *c.* d) anethamatis *c.* e) quem *Gotifr.; seq.* est *delet. c.* f) anetha *corr.* anatha *c.* g) progressus *c.* h) quam *Sicard.* i) *supple* sepelitur. k) quam *Sicard.; seq.* pater eius *delet.* l) cremoñ *c.*

1) Cuius incendii — nona *e notitia in monasterio S. Laurentii separatim scripta repetita esse apparet. Haec exscripsit etiam Ant. Campo, 'Cremona fedelissima citta' (Cremona* 1589*) p.* 14 *sq.* 2) *Cf. Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 3; *Ioh. Codagn. Ann. p.* 3. *Indictio X. convenit anno incarnationis* 1117. 3) *Hoc ex Ann. Cremon. deperditis profectum nusquam alibi legitur.*

Mart. Opp. iudicio creditur sine herede decesisse. Nam neque fillium neque filliam
Got. 23, 42. habens, reversus in patriam, morbo coreptus obiit et in civitate Spira,
ubi ecclesiam supra memoratam conplevit atque ditavit, sepultus est
Iac. de Var. iuxta patrem, avum et attavum suum. Unde versus:

Fillius hic primi[a], *hic avus, hic proavus iacet istic.*

Got. Anno regni eius XVIIII, inperii vero[b].

*f. 157'. *Anno[c] Domini ab incarnatione M°CXXX, [indictione[d]
Mart. Opp. prima[1]], Innocentius II[us] papa, alio nomine . . . . .[e], natione Romanus, ex patre Iohane, de regione Transtyberim, successit Honorio pape temporibus Lotharii inperatoris, qui sedit annis XIII, m. VII, d. VIII; et cessavit papatus diebus II.

Sic. Hic papa sub condiccione[f] cum Petro Petri-Leonis filio[2], presbitero cardinali, cui Anacletus nomen inponitur, fuit electus. Inocentio clerus, set Anacleto preter Frangepannos Romanum vulgus adhesit;
Mart. Opp. qui Frangipanni Inocentio adheserunt una cum cardinalibus. Anacletus vero antipapa manu armata ecclesiam sancti Petri adiit
Sic. et per violentiam crucifixum aureum aureasque coronas et ecclesiarum
Mart. Opp. tesauros accipiens ac lapides preciosos spoliavit[g]. Cyborium quoque, quod sanctus Leo papa construxerat, destruxit. Hoc idem ad Sanctam Mariam Maiorem magno thesauro ditatam et allias ecclesias Urbis[h];
Sic. cum quo thesauro postquam omnes Romanos corumpisset[i], in Apuliam se recepit et Rogerium regem Apulie esse concessit. Inocentius
Mart. Opp. vero papa nullum subsidium habens in Urbe cum cardinalibus in
Sic. duabus galleis Pisas venit et inter Pisanos et Ianuenses treugas posuit. Inde proficiscens apud Sanctum Egidium concilium cellebravit. Transiens in Franciam a Lodoyco rege Francorum et Henrico rege Anglorum honoriffice receptus est. Progrediens inde in Lothoringiam, id est
Got. 23, 46. *Sic.* Leodium, ubi a rege Lothario promissionem accepit, quod eum ad beati Petri sedem reduceret. Rediens itaque Remis . . . . .[k] et apud Placentiam tercium concilium cellebravit. Reversus Pisas inter Pissanos et Ianuenses pacem conposuit, et recolens benefficia sibi a Pisanis et Ianuensibus collata Pissane concessit ecclesie primatum Sardinie et tres episcopatus in provintia Corsice. Ianuenses vero exemit a subiectione Mediolanensis ecclesie eamque metropolim faciens subiecit ei Bobiensem et quosdam Corsicanos episcopos. Dum hec agerentur, ecce rex Lotharius festinus promissor advenit; rex igitur et pontifex Urbem pariter adierunt. Ubi pontifex sedem in Lateranensi[l] ecclesia, et rex inperiale optinuit diadema. Post hec inperator in Alamaniam, et pontifex revertitur ad civitatem Pisanam, ubi quartum concilium cellebravit; et quoniam Rogerius rex Apulie Petrum heresiarcham agnomine Anacletum antipapam adhuc in erore fovebat[m], christianissimus inperator, ecclesie catholicus advocatus, de Alamania rediens cum summo pontifice Apulie fines invasit et totam potenter fortitu-

a) *sic et sic, ut scripsi, distinctum in c.; lege:* hic, pater hic, avus hic, proavus. b) *supple* XIIII. *ex Gotifr. — Reliqua, fere quinta pars paginae* 157. *vacat.* c) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* d) ind. prima *alio atramento ab Alb. post superscr.* e) *spatium nomini inserendo vacat.* f) *nota lectionem falsam codicum Sicardi.* g) *seq.* In Apulia se recepit *delet. c.* h) *supple* fecit *ex Martin.* i) *sic* (corũpisset) *c.* k) *spatium unius vocis vacat; supple* secundum *e Sicardo.* l) laterañ *c.* m) *potius* fauebat *scriptum esse videtur in c.*

1) *A.* 1130. *indictio VIII. et IX. fuit.* 2) fillio *Albertus ex Martini Oppav. Cron. p.* 436. *supplevit.*

dinis brachio subiugavit. Rogerius autem in Sciciliam fugit, set cum suis, cum quibus fugam cepit, captus est ab eo[1]. Pontifex igitur et inperator comitem Raynonem ducem fecerunt Apulie. Sicque pontifex ad Urbem, et inperator in Teuthoniam cum gloria remearunt. Petrus, dictus Anacletus, antipapa in erore suo conputruit et defunctus est. Cuius sectatores alium elegerunt, quem Romani Carnicorium nominabant. Papa vero Inocentius totam partem Petri-Leonis cum ordinatione ipsius condempnavit. Demum ad pedes summi pontificis misericordiam *postulantes[a] misericorditer recepti sunt. Auctoritate huius summi pontificis Conpostellana ecclesia facta est metropolis ob reverentiam beati Iacobi apostoli[2]. *Mart. Opp. Sic.* *f. 158.*

Anno Domini M°CXXXIII, indictione X, pontificatus eiusdem domini pape anno III° dominus Innocentius predictus papa privillegiavit monasterium[b] sancti Laurentii[c] Cremone supplicationibus Ubaldi tunc abbatis dicti monasterii[b. 3]. Huius tempore et Conradi inperatoris Rogerius Syculus prenominatus Apuliam rursus ingressus cum duce Raynone, quem Lotharius ibi prefecerat, habet conflictum victusque secedit. Post pauca dux Apulie Rayno vel Raynaldus moritur. Rogerius in Apuliam revertitur et terram duce orbatam nec rebellantem occupat. Principem Robertum Capuanum cum omnibus nobillibus eicit et residuos diversis tormentis affligit, ad ultimum se regem Scicilie et Apulie precipit appellari; princeps Robertus Capuanus cum omnibus comitibus expulsis ad regem Conradum secessit. Rex benigne eos recepit et longo tempore in Alamania secum tenuit, set in Apuliam transire non potuit, quia eum gravis necessitas inperii prepedivit. Ad hec papa Innocentius, vir magnanimus, cum populo Romano contra Rogerium collecto exercitu Apuliam ingreditur. Ubi incaute conductus in loco qui vocatur[d] Galizu a Rogerio capitur. Eoque cum reverentia coacto, Rogerius nomen et auctoritatem regiam cum benedictione appostolica tam in Scicilia quam in Apulia, sicut voluit, inpetravit. Rogerius extunc auctoritate appostolica rex exaltatus, cum iam nullum preter Conradum regem haberet obstaculum[4]. Hiis temporibus Romani ceperunt innovare senatum, qui longis ante[e] temporum curiculis ita cessaverat, ut nec mentio eius haberetur Rome; quem papa Inocentius ingenio, precio et minis solvere conatus non potuit. Anno Domini M°CXLII.[5] hic pontifex cum Romanis obsedit Tyburtum, set multi capti et occisi; demum reversi Romani de 1132. *(Iul. 29).* *Got. 23, 48.* *Sic.*

a) *f.* 157′. po *f.* 158. postulantes *c.* b) moñ *c.* c) laur̄ *c.* d) *seq.* Galuzu *delet. c.* e) *seq.* temporibus *delet. c.*

1) *Hoc loco, quem Albertus falso traxit ad expeditionem anni* 1137, *de bello anni* 1139. *refertur, quo loco Martini Innocentius papa a duce captus esse dicitur, ut infra l.* 29. *Gotifredum secutus Alb. narravit.* 2) *Eadem fere supra p.* 16, *l.* 27 *sqq. ex Cronica Martini, ubi idem de Calixto II. papa recte relatum est.* 3) *Hoc privilegium editum est a P. Kehr in 'Nachrichten der Kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.' 1903 (Gött. 1904) p.* 555—558. 4) *Hoc loco sententia abrupta Albertus haec iterum infra p.* 25, *l.* 40 *sqq. exscripsit cum sequentibus.* 5) *Duos locos Sicardi p.* 164. *et p.* 165. *de obsidione Tiburis Albertus coniunxit, ex altero annum supplevit.*

Sic. Tyburtinis victoria habita triumpharunt. Iste papa ad ul-
Mart. Opp. timum Rome cellebrato concilio solempniter morboque preventus
Got. 23, 48. diem ultimum clausit et in Laterano[a] in porifica[b] concha miro opere
Mart. Opp.
Got. 23, 48. sculpta sepultus est. Cui successit Celestinus, prout infra se-
quitur[c].

*f. 158c. *Anno[d] Domini ab incarnatione M°CXXXIII[e. 1].
Got. 23, 46. Lotarius dux Saxonum defuncto absque herede Henrico quarto in-
peratore, rege autem quinto, principes Maguntie autem con-
veniunt, ibique habito de successore conscilio quatuor regni optimates,
id est Lotharius dux Saxonum, Fredericus dux, Leopardus marchio
Orientalis, Karolus comes Flandrie, ad regnum designantur. Tandem
Lotharius, natione Saxo, patre[f] Gebehardo, voto omnium renitens
valde, aere[g] clamans, ad regnum tractus, presente legato sedis appostolice, [anno[h] regni eius nono] successit Henrico pre-
Sic. dicto ad inperium, sedente in pontificatu Honorio
papa secundo, qui inperavit annis XII[i] et appellatur
Got. 23, 46. Lotharius inperator III[us]. Iste per omnia humiliavit progeniem Henrici inperatoris. Contra quem dux Fredericus et frater eius Conradus, nepotes Henrici inperatoris ex sorore, diu rebellaverunt; propter quod papa Honorius II[us] eos excomunicavit. Verumtamen predictus Conradus a fratre suo Frederico et a quibusdam alliis factus est rex contra Lotharium; qui cum pauco exercitu intravit Ytaliam et Mediolani apud Modoeciam coronam[k] portavit. Deinde ad partes Romanorum processit et tandem rebus exaustus in patriam remeavit pacemque cum Lothario conponens dimiso regno quievit.
Mart. Opp. Anno inperii sui anno[l] contra Boemos vadens quorum[m] suorum principum traditione magnam stragem suorum millitum passus est. Huius tempore valida fames fuit et fere totam Ytaliam invasit. Eodem
Sic. tempore[n], scilicet anno Domini M°CXXVI, civitas Cumana capta est a Mediolanensibus in Augusto. Eodem quoque anno Eridanus gellavit, ut super glaciem currus et equi discurerent. Eodem
1130. tempore, in M°CXXX. secunda guerra de Crema fuit[2].
Got. 23, 46. Eodem tempore Rome Honorio mortuo, oritur scisma inter Innocentium et Anacletum. Innocentius autem papa transiens in Galliam venit Leodium, ubi Lotharius ei occurrit auxiliumque promittit[3]. Unde Inocentius papa apud Clarum-montem concilio cellebrato Romam rediit et regem Lotharium in Lateranensi pallatio apud Sanctum Salvatorem coronavit. Non enim poterat apud Sanctum Petrum morari propter potentiam Anacleti antipape, fillii Petri-Leonis. Lotharius autem in patriam rediit. Iste inperator post bienium ac-
Mart. Opp. cepta corona zello Dei et ecclesie accensus[o] tamquam verus catho-

a) lar'ano *c.* b) *lege* porfirica. c) *reliqua pars magna paginae* 158. *recta vacat.* d) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* e) XXXIII. *e corr.* f) *seq.* Gebeha *delet. c.* g) acre clamans *codd. D 6 et alii Gotifredi pro* ac reclamans. h) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in marg. suppl.* i) II *e corr.* k) romā *c.* l) *lege* primo; anno *h. l. repetitum, quia Martin. habet:* primo inperii sui anno, *ut Albertus se scripsisse opinatus est.* m) *lege* quorumdam. n) *seq.* honorio *delet. c.* o) *seq.* q *delet. c.*

1) *A.* 1133. *Lotharius imperator coronatus est.* 2) *Cf. Ann. Cremon. l. l. p.* 4. 3) *Haec et sequentia iam supra p.* 20. *narrata sunt.*

licus et ecclesie advocatus vires inperii[1] renovato exercitu Romam remeavit. Ubi asumpto secum Inocentium[a] papam[a] in Apuliam transiit contra Rogerium Syculum, qui tunc dux Apulie vocabatur, qui se contra papam erexerat et regnum Scicilie occupaverat, inde fugavit et Raynonem comitem ibi ducem constituit. Civitatem Barum cepit et totam Apuliam occupavit. Anno Domini M°CXXXII. Lotharius inperator cum Cremonensibus Cremam obsedit, et in eodem anno Cremonenses fuerunt Bersellum[2], et magna pars eorum fuit capta, et in Pado multi perierunt, de mense Octubr. Anno Domini M°CXXXIII. castrum Pizighitoni sive Pizelionum constructum est circa festum sancti Michaelis[b.3], cum Cremonenses[c] offenderint inperialem maiestatem[4]. Anno Domini millesimo C°XXXVI. victorius inperator Sanctum Baxianum et Sonzinum ceterasque terras eorum invasit. Deinde Rome[5] in Ronchalaá fecit leges de feudis.

Got. 23, 46. et Mart. Opp. — *Sic.* — 1131. — *Oct. Sic.* — 1133. — *Sept. 29.* — *cf. A. Crem.*

*Huius tempore mulier quedam in Yspania monstrum bis gemini corporis enixa est aversis vultibus et corporibus sibi coherens; ante quidem effigies erat hominis integro corporis et menbrorum[d] ordine distincta, retro vero facies canis, corporis et menbrorum proprietate integra. Per idem etiam tempus in Francia tanta siccitas fuit, ut flumina, lacus, fontes et putei siccarentur. Ignis quoque, qui per rimas terre intraverat, nec inbribus nec frigore nec allia arte biennio extingui poterat. Deinde inperator reversus Verone de Roma morbo coreptus vitam finivit anno regni sui XII°e.

*f. 159. *Iac. de Var.* — *Mart. Opp.* — *Got. 23, 46.*

Anno[f] Domini ab incarnatione M°CXLII[g], [indictione[h] VII[a 6]], Celestinus II[us] papa, alio nomine .....[i], natione Tuschus de castro Fellicitatis, ex patre .....[i], successit Inocentio II° pape inperante[k] Lothario inperatore III°, qui sedit m. VI[l], d. XIII. Sepultus est in Lateranno[m].

Mart. Opp.

*Anno[f] Domini ab incarnatione M°CXLIIII°[r], indictione VII[a], Lucius II[us], allio nomine .....[n], natione Bononiensis, ex patre Alberto, successit Celestino in papatu inperante Conrado II° inperatore, qui sedit mensibus XI,

*f. 159'. — *Mart. Opp.*

a) *sic c.* b) Michī *c.* c) cremoñ *c.* d) *seq. 7* (et) *delet. c.* e) *plus dimidia pars paginae* 159. *rectae vacat.* f) A *littera initialis minio pingenda deest.* g) II *atram. nigro in loco raso, in quo antea maior numerus fuit.* h) ind. VII. *eodem atram. nigro ab Alb. in marg. suppl.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) *seq.* Con *delet. c.* l) VI *Martin.* m) *reliqua pars paginae* 159. *rectae vacat.* n) *spatium nomini inserendo vacat.*

1) *Inepte coniunxit Albertus locos Gotifredi et Martini. Haec omnia iam supra p.* 20 *sq. alio modo narrata sunt.* 2) *Haec ex Ann. Cremon. deperditis;* iverunt Bussetum *Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 4, *falso procul dubio, quia Bersellum, non Bussetum, ad Padum flumen situm est. Ann. Cremon. haec ad a.* 1130. *habent, sed Ann. Parm. min., SS. XVIII, p.* 662, *ad a.* 1131. *Etiam Ant. Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 16. *hoc a.* 1131. *Brescelli factum esse scribit.* 3) *Cf. Ann. Cremon. l. l.* 4) *Haec ad sequentia trahenda erant.* 5) *Etiam in Ann. Cremon. qui exstant p.* 4. *hic locus corruptus est, ubi* Rome vel in Roncalia. 6) *A.* 1142. *indictio V. et VI. fuit.*

Mart. Opp. d. IIII^{or}. Iste papa ante presbiter cardinalis erat tituli sancte Crucis, qui totam illam ecclesiam et claustrum a fondo renovavit;
1144. qui etiam Lucius papa[a] privillegiavit ecclesiam[b] sancte Marie de Ulmeneto diocesis Cremonensis[c], que nunc est prioratus subiectus monasterio[d] sancti Laurentii[e] Cremone, et privillegio exemptionis seu libertatis munivit
Maii 19. pontificatus sui anno primo XIIII^{or} Kall. Iunii[1]. Iste
Got. 23, 48. papa intendens senatum Romanum extinguere cum ingenti millitia Capitolium asendit Rome, ut sedentes ibi tunc senatores cum dedecore removeret. Senatus autem populusque Romanus ad arma conversus papam cum suis omnibus a Capitolio in momento repellunt, ubi papa, sicut legitur, lapidibus magnis percussus usque ad obitus sui diem,
Mart. Opp. qui proxime secutus est, non sedit in sede; et sepultus in Lateran o[f].

Anno[g] Domini ab incarnatione M^{o}CXLIIII^{or}, indictione VII^{a}, Eugenius III^{us} papa, alio nomine . . . . .[h], suc-
ib. et Got. 23, 48. cessit Lucio pape inperante Conrado predicto, natione Pysanus, ex patre . . . . .[h], qui sedit annis VIII, m. IIII^{or}; et c[essavit] d. II. Hic papa Rome, cum esset abbas monasterii[d] sancti Anastaxii de ordine Clarevalensi[i], ex insperato apud ecclesiam sancti
Mart. Opp. et Sic. Cesarii a cardinalibus concorditer est electus; qui propter metum senatorum et civium, qui contra voluntatem predecessoris sui fuerant electi a populo, fugit in arcem Montizelli et inde ad monasterium Pharfense
Mart. Opp. se transtulit, ibique vocatis cardinalibus et prelatis munus consecrationis accepit. Hunc, cum fuerit ante symplex, Deus mirabili gratia
Sic. perfudit et eloquentia. Verum quamvis ab initio fuissent cives infesti, tamen auctore Deo, qui *spirat ubi vult,* quia potens erat in opere et sermone, conversi sunt ad pastorem et episcopum animarum suarum.
Mart. Opp. et Sic. Et hinc[k] redeunti ad Urbem clerus Romanus et populus eum[l] cum magno gaudio et solempni processione occurit cantans: *Benedictus qui venit in nomine Domini,* et sic eum receperunt in Urbe. Anno Domini M^{o}CXLVII. inperator Conradus et rex Francie Lodovicus
Mart. Opp. zelo Dei accensi ad instantiam dicti domini[m] pape et beati Bernardi predicationem cum multitudine Teuthonicorum et Gallicorum ab ipso domino papa cruce signati[n], allii per Pannoniam, allii per marre usque Constantinopolim venientes, aliter ipsis evenit, quam sperabant, quoniam quidem[o] ipsorum a Turcis capti, allii vero fatigatione, plurimique fame et inedia consumpti sunt, ita quod inperator cum
**f.* 160. paucis vix rediit. Pro quo pasagio *dominus papa concilium Remis celebravit et rediit ad Urbem. Huius tempore fuit in Alamania Hildegardis monialis formosa, que in Pingera[p] super Renum requiescit. Eo tempore Richardus de Sancto Victore floruit.
Iac. de Var. Item magister Petrus Lonbardus episcopus Parisiensis[q] floruit, qui

a) *seq.* In *delet. c.* b) *seq.* q̣ (qui) *delet. c.* c) dioc̣ cremon̄ *c.* d) mon̄ *c.* e) laur̄ *c.* f) *spatium septem versuum circiter vacat.* g) A *littera initialis minio pingenda deest.* h) *spatium nomini inserendo vacat.* i) clareualen̄ *c.* k) *lege* huic. l) *sic c., quia Albertus textum Sicardi cum loco Martini inepte confudit.* m) . d . *c.* n) *seq.* in quo exercitu fredericus *delet. c. Albertus hoc loco locum Sicardi addere voluit, quem infra p.* 26, *l.* 9 *sqq. exscripsit.* o) *lege* quidam. p) Pinguia *Martin.* q) *seq.* q̣ (qui) *delet. c.*

1) *Privilegium, ex quo haec excerpta sunt, non exstat. Cf. P. Kehr in 'Nachrichten von der Kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1903. *p.* 547.

librum Sententiarum, glosas Psalterii et epistolarum Pauli utiliter conpilavit. Anno Domini M°CLI. Gratianus quoque monacus de Clusa civitate Tuscie natus Decretum conposuit. Hoc tempore translatus est liber Damasceni in Latinum. Hic papa post multa laudabillia obiit Tybure et per mediam Urbem fere cum totius cleri et populi turba cum maximo luctu ad ecclesiam beati Petri deductus circa maius altare sepultus est[a]. *Iac. de Var. Mart. Opp.*

Anno[b] Domini ab incarnatione M°C°XXX°VIII° Conradus II[us 1] inperator[c], nepos Henrici inperatoris quarti, regis autem quinti, ex sorore eius fillius, successit Lothario ad inperium pontificatu Honorii pape II, qui inperavit annis XV. Hic per concordiam principum[d], cum denuo fuerit electus[2], apud[e] Confluentiam inter Maguntiam et Coloniam in regnum eligitur, presente Teodevino Portuense episcopo, appostolice sedis legato. Statimque Aquisgrani in sede Karoli a principibus constitutus, ab eodem legato est coronatus. Saxones tamen et dux Bavarie non consenserunt in eum. Aserebant eum etiam non regem legiptimum[f], set per subreptionem creatum. Rex prefigit eis omnibus curiam generalem apud Babinberch, ad quam venientes simul cum inperatrice, vidua Lotharii, in gratiam et pacem regis superg omnes recepti, excepto solo duce Bavarorum Henrico, qui cognominabatur Superbus; apud quem etiam insignia regalia contumaciter adhuc detinebantur. Erat enim gener defuncti inperatoris Lotharii, et ex hoc tenens regalia ad regnum quantum poterat aspirabat. Coactus vero tandem regalia, id est crucem, lanceam et coronam, reddidit, gratiam regis non inpetravit[h]. Postea vero iudicio principum a rege proscriptus, ab omnibus suis derelictus, vix IIII°r militibus comitatus in partes Saxonie miserabiliter cessit. Atque post pauca vitam finivit. Anno Domini M°CXXXVIIII°r magna pars Cremonensium a Mediolanensibus apud Cremam capta, carceralibus vinculis[i] mancipata. Eodem anno Iohanes de Temporibus, qui annis CCCLXI vixerat et[k] tempore Karoli Magni, cuius armiger fuerat, est defunctus. Huius tempore quidam magister Arnaldus nomine predicavit in urbe Romana reprehendens divitias et superfluitates, per cuius dicta multi Romanorum magnates sequebantur eum; qui postea captus in odium clericorum est suspensus. Hoc etiam tempore Ascalona capta est a Christianis. Eo tempore Rogerius[l] Syculus auctoritate appostolica, scilicet ab Inocentio papa, rex exaltatus in Apulia, prout in ystoria domini Inocentii pape patet[3], et cum iam dictus Rogerius iam nullum preter Conradum regem haberet obstaculum, Guelfonem ducem, fratrem scilicet Henrici Superbi supra memorati, peccunia sua conductum contra Conradum in Alamania concitavit, quem rex in uno prelio iusta castrum Wisinberch[m] eleganter vicit suosque grandi occissione prostravit. Altera vice Henricus fillius Conradi, qui, si vixisset, post eum fuerat regnaturus, eundem Guelfonem bello devicit. Guelfo *Got.* 23, 46. 48. *Mart. Opp. Sic. Got.* 23, 48. *Sic. *f.* 160'. *Mart. Opp. Got.* 23, 48.

a) *spatium decem circiter versuum vacat.* b) A *littera initialis minio pingenda deest.* c) *seq.* fillius *delet. c.* d) *seq.* ap *(non perfectum) delet. c.* e) *seq.* ꝑsul *delet. c.* f) legitpınum *c.* g) sunt *Gotifr.* h) inpauit *c.* i) *supple* est. k) *lege* a. l) *seq.* de *delet. c.* m) Winisberc *Gotifr.*

1) II[us] *ex Martini Cronica p.* 469. 2) *Inepte coniuncti sunt loci Sicardi et Gotifredi.* 3) *Supra p.* 21, *l.* 32 *sqq., ubi haec Gotifredi iam exscripta sunt.*

Got. tamen, dum Conradus vixit, pro regio[a] stetit et regnum pro viribus
Sic. inpedivit. Anno Domini M°CXLVI. pestis herucarum invaluit super terram et bona terre consumpsit, unde sequenti anno fames non multos[b] maceravit egentes. Anno Domini M°CXLVII. in-
Mart. Opp. perator Conradus in Varanchenevoyt a sancto Bernardo cum cunctis pene principibus crucis karactere ab Eugenio papa una cum Lodovico rege Francorum[1] est insignitus, et illis temporibus socii peregrinationis super numerum multiplicantur. Nam de Lothoringia, Flandria
Sic. et Anglia cum ducentis pene navibus proficiscuntur. In quo exercitu Fredericus Frederici ducis Suevorum fillius super omnes extitit glorioosus et strenuus, quod ei fuit occaxio, ut postmodum a principibus
Mart. Opp. vocaretur ad regnum. Conradus itaque inperator cum inumerabilli multitudine peregrinationem agressus, per partes Ungarie Constantinopolim venit, deinde[c] Yconimum[d] applicuit. Cui Lodovicus rex Francorum cum multa millicia per Ungariam descendens ibidem advenit. Set ibi propter dolum Grecorum, qui calcem farine mischuerant, passi sunt multum[e] homines detrimentum. Tandem ad Terram Sanctam pervenientes multa bella gloriose gesserunt. Set aliter, quam sperabant, ipsis evenit, quoniam quidem[f] ipsorum a Turcis capti, allii vero fatigatione, plurimique fame et inedia consumpti sunt. Ita
Got. 23, 48. quod inperator cum paucis vix rediit et cito post moritur et apud Banbenberch[d] seppelitur[g] anno Domini M°C . . .[h]

Tunc Constantinopoli Manuel inperabat habens uxorem Theuthonicam, sororem scilicet uxoris regis Conradi, natam de Sulzbac, filliam nobilissimi comitis in terra Bavarorum[i].

**f. 161.* *Anno[k] Domini ab incarnatione M°CLIII[l], indictione II[a],
Mart. Opp. Anastaxius IIII[us] papa, alio nomine vocabatur . . . . .[m], natione Romanus, ex patre Benedicto, successit Eugenio pape inperante . . . . .[m] inperatore, qui sedit anno[n] uno, m. IIII[or],
Iac. de Var. c. 120. d. XXIIII[or]; et cessavit d. XX. Anno Domini M°CLIII, indictione II[a], pontificatus dicti domini pape anno primo beatus Bernardus abbas Cisterciensis post multa miracula, que Deus operatus est pro eo, et[o] centum sexaginta monasteria construxisset multosque libros et tractatus conpillasset, consumatis vite sue circiter
Mart. Opp. annis LXIII, inter filliorum manus obdormivit in Domino. Hic papa fecit apud Sanctam Mariam Rotondam novum pallatium. Et dedit ecclesie Lateranensi[p] calicem pulcri operis pensantem XX marchas et plura allia et ibidem in tumba porifica[q] tumulatus est[r].

Anno[k] Domini ab incarnatione M°CLV. Adrianus IIII[us], allio nomine . . . . .[m] vocabatur, natione Anglicus, ex patre . . . . .[m], successit Anastaxio pape predicto inperante Frederico inperatore, qui sedit annis IIII[or]; et cessavit diebus XX. Iste fuit primo episcopus Albanensis, in legatione

a) Rogerio *Gotifr.* b) nonnullos *Sicard.* c) *seq.* p y *delet. c.* d) *sic c.* e) *seq.* in *delet. c.* f) *sic etiam supra p. 24, l. 36.* g) *seq.* Un *delet. c.* h) *spatium numero supplendo vacat; post haec unus versus vacat.* i) *reliquum spatium paginae 160. versae, duodecim circiter versuum, vacat.* k) A *littera initialis minio pingenda deest.* l) M°LIII. *c.* m) *spatium nomini inserendo vacat.* n) *seq.* in (?) *delet. c.* o) *sic c., cum Iacobus habeat supra* postquam multa miracula perpetrasset. p) lateran̄ *c.* q) *lege* porfirica; *cf. supra p. 22, l. 3.* r) *spatium quatuor circiter versuum vacat.*

1) *Duo loci Martini p. 468. et p. 469. coniuncti sunt, quorum alter iam supra p. 24. exscriptus est.*

Vormatiam[a] est missus pro verbi Dei predicatione, ipse vero gentem illam barbaram in lege divina dilligenter instruxit, post[b] redditum defuncto Anastaxio in papam est electus. *Mart. Opp.*

Anno Domini M°CLVI. Iste papa coronavit Fredericum inperatorem, unxit et inperiali diademate coronavit. *Sic.* Iste etiam papa propter vulnerationem unius cardinalis totam Urbem usque ad condignam penitentiam posuit sub interdicto. *Mart. Opp.* Hic Gullielmum regem Sycilie tamquam rebellem sibi excomunicavit, qui post absolutus homagium domino pape faciens terram ab ipso suscepit. Hic primus dicitur fuisse papa, qui in Urbe-veteri cum curia moram traxit. Hic fecit[c] gyconem[d] in Radicofono et turibus munivit. Hic castrum et multas posessiones circa locum[e] Sancte Christine a comunitatibus[f] conparavit[g]; post multa alia, que fecit, dictus papa moritur. Et in Vaticano in bascilica sancti Petri iusta sepulcrum Eugenii pape sepultus est[h].

*Anno[i] Domini ab incarnatione M°C°LVIIII°r Alexander papa IIIus, alio nomine vocabatur .....[k], natione Tuscus, patria Senensi, ex patre Raymutio[l], successit Adriano pape in sede inperante Frederico primo, qui sedit annis XXI, m. XI, d. XVIIII°r[m]. Et in principio sue electionis tres lune vise sunt et in medio signum crucis, nec multo post visi sunt tres soles, et tunc Alexander canonice est electus. Eodem millesimo[n], scilicet anno Domini M°CLVIIII°r, Orbertus[o] episcopus Cremonensis[p] predictus corpus sancti Gregorii martiris transtulit in ecclesia sancti Michaelis[q] veteris dicte civitatis. *f. 161'. *Sic.* *Mart. Opp.* *et Got. 29, 2.* *Iac. de Var.* *Sic.*

Anno Domini M°CLX.[r] Iohanes quidam fuit abbas monasterii[s] sancti Laurentii[t] dicte civitatis Cremone[u], qui postea fuit episcopus Vincentinus[1], qui fecit fieri in monasterio[s] predicto lavatorium marmoreum manuale in memoriam sui. Hic papa inter quatuor scismaticos fuit substitutus, videlicet Octavianum, qui agnominatus est Victor; quo in erore defuncto Guido de Crema, Paschalis agnominatus, accessit; qui[v] similiter in erore[w] defuncto Iohanes de Struma[x], Calistus agnominatus, similiter in scismate fuit substitutus; qui omnes tres fuerunt presbiteri cardinales. Hos tres heresiarchas inperator manu tenuit, et per papam excomunicati mala morte perierunt, et scisma per XVIII[2] annos in ecclesia Dei fovit; cuius[y] tempore conventus Sancti Anastaxii et abbas Sancti Pauli de locis suis per regem Fredericum sysmaticum[z] eiecti fuerunt, qui postea per papam in locis suis restituti fuerunt. Hic inperator *Mart. Opp.* *Sic.* *Mart. Opp.* *Sic.* *Mart. Opp.* *Sic.* *Mart. Opp.*

a) Norvegiam *Martin.* b) *seq.* ꝛ (et) *delet. c.* c) *seq.* gyzonem *delet. c.* d) *lege* gyronem. e) Lacum *Martin.* f) cōitatibus *c.*; comitibus *Martin.* g) *seq.* ꝓt (prot) *delet. c.* h) *reliqua, tertia fere, pars paginae* 161. *rectae vacat.* i) A *littera initialis minio pingenda deest.* k) *spatium nomini inserendo vacat.* l) Raynucio *Martin.* m) *sic c.*; VIIII *Martin.* n) M° *c.* o) Obertus *h. l. Sicard.* p) cremōn *c.* q) Michl *c.* r) X *alio atramento in loco raso.* s) mon *c.* t) laur *c.* u) *in marg.*: De X° abbate Iohane mon. v) *sic c.*; Cui *Sicard.* w) eore *c.* x) *seq. locus rasus duarum fere litterarum.* y) cui⁹ *e corr.* z) *sic c.*

1) *A.* 1174—1178. *fuit episcopus Mantuanus, a.* 1178—1183. *Vincentinus.* 2) *Sic Iacob. de Varagine, ut et Alb. Milioli, Cron. imp. c.* 148. *habet;* XVII *Sicard.*

Mart. Opp. Fredericus pessime stetit cum dicto pape[a] et in preiuditium domini pape hos tres scismaticos fovit[1]; qui inperator regem Francorum, ad quem papa Alexander confugerat, congregata multitudine, precipue duorum regnorum, scilicet Boemie et Datie, fultus auxilio, in Burgondiam veniens dictum papam nitebatur extirpare. Set rege Anglorum regi Francorum ferente auxilium nil profecit[b].

Sic. Anno Domini M°CLXIII.[2] fuit quidam Presbiter nomine Cremonensis[c] ecclesie electus, qui, licet aliax[a] meritis et scientia dignus,

Mart. Opp. tamen propter scisma eiectus est. Anno Domini et tempore Frederici inperatoris Rodulphus Coloniensis archiepiscopus trium magorum corpora de Perside olim Constantinopolim ab inperatore translata et inde ab Eustorgio Mediolanum miraculose transvecta, at postea a dicto Frederico inperatore Mediolano destructo transportavit Coloniam. Eodem tempore fuit abbas Ioachim in Calabria, qui plures libros super Iheremiam et Apochalipsin et de omnibus prophetis conscripsit, et inperatori et alliis regibus requirentibus ab ipso de peregrinatione in Terram Sanctam, quam faciebant, predixit, quod parum proficerent, eo quod numdum[a] tempus

Sic. advenisset. Anno Domini M°CLXVIII. Lonbardi coloniam, id est novam colonorum habitationem, facientes eam ab Alexandro papa Alexandriam vocaverunt. Allii Civitatem-novam, Papienses vero Paleam

Mart. Opp. usque in hodiernum diem appellant; postea vero ad petitionem Lonbardorum constituit ei[d] episcopum, Papiensem vero episcopum palei et crucis dignitate privavit, eo quod Frederico inperatori et ab antiquo regibus persequtoribus ecclesie adhesisset. Anno Domini

Sic. M°CLXVIIII°r[3] fulgur cecidit in ecclesia Cremonensi[e]. Huius

Mart. Opp. tempore teremotus magni fuerunt per loca, ita quod civitas Antyocena cum Tripoli cecidit, atque Damascus cum multis alliis subversa est. Tunc quoque Cathenensis civitas penitus eversa est, et plus quam XX M hominum in Scicilia submersi sunt. Anno Domini

1174. *Ian. 3.* M°CLXXIII, indictione VII[a], Nonarum III. Ian. dictus dominus papa privillegiavit monasterium[f] sancti Laurentii[g] civitatis Cremone supplicationibus Burgondii tunc abbatis dicti monasterii[h], pontificatus eiusdem domini pape anno XV[i.4].

**f. 162.* *Mart. Opp.* *Anno[k] Domini M°CLXXIII.[1.5] eiusdem[m]. Sanctus Tomas Cantuariensis archiepiscopus in ecclesia sua metropolitana occiditur et

a) *sic c.* b) *seq.* Hic cum omne patrimonium *delet. c., quae verba Martini infra p.* 29, *l.* 18 *sqq. repetita sunt.* c) cremon̄ *c.* — *Alio atram. in marg.:* Nota de episcopo Cremon̄ scismatico. d) eis *Martin.* e) cremon *c.* f) mon̄ *c.* g) laur̄ *c.* h) *in marg.:* De abbate XI° mon̄ sancti Laur̄. i) *reliqua pars paginae* 161′, *quinque circiter versuum, vacat.* k) A *littera initialis minio pingenda deest.* l) LXXIII. *manu Alberti in loco raso.* — *Alia posteriore manu in marg.:* Nota de sancto Thoma Cantuarien archiepiscopo. m) *supple* tempore.

1) hos tres . . . fovit *verba sunt Sicardi, quibus e loco superiore (p.* 27, *l.* 35—37*) repetitis Albertus Martini locum immutavit.* 2) *Sicard. haec habet ad a.* 1167. 3) *Per errorem haec Albertus ad a.* 1169. *adscripsit, quae Sicardus ad a.* 1175. *habet.* 4) *Privilegium, ex quo haec excerpta sunt, non exstat. Cf. P. Kehr in 'Nachrichten von der Kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1903. *(Gött.* 1904*) p.* 547. *Indictio et annus pontificatus cum a.* 1174. *congruunt.* 5) *Hunc annum (falsum*

tandem mirachulis[a] coruscans per Alexandrum papam canonizatur; pro cuius nece Henricus rex[b] Anglorum misit nuncios sollempnes ad papam Alexandrum, qui iurantes pro ipso in animam suam ipsum excusarent de predicto facto. Set dominus papa in Tusculana civitate receptis nunciis et auditis misit duos cardinales ad Gallie partes, ut inocentiam regis investigarent, coram quibus rex iuravit, quod numquam de conscilio suo vel iussu fuerit interfectus. Set quia occaxione turbationis, quam erga ipsum habuerat, occisus fuit, pro illo mox obtulit CC millites ultra marre per annum ibi moraturos. Set[c] ipsum cruce signans infra triennium transfretaturum. *Mart. Opp.*

[Anno[d] Domini M°CLXXIIII°r ad invocationem sancti Ymerii confessoris omnipotens Deus multa mirabillia fecit]. *Sic.*

Anno Domini M°CLXXVII. videns igitur inperator, *quia non in fortitudine sua roborabitur vir,* videns, quia Deus exaltat humiles et deponit potentes, consciderans, quod ecclesiam suam fondavit supra firmam *petram, et porte inferi non prevalebunt adversus eam,* humiliavit se sub potenti manu Dei et pacem conposuit apud Venetias cum Alexandro summo pontifice. Papa autem videns, quod omne patrimonium beati Petri preter civitatem Urbenetanam[e], Taratinam[f] et Anagniam ab Aquapendente usque Ceperanum per inperium et scismaticos occupatum fuisset, in Franciam transivit. Ibique cellebravit conciliu m Turoni sollempne. Deinde anno Domini M°C°LXXVII°g per mare transiens rediit ad Urbem[h], et inperator in Alamaniam[i]; qui dominus papa ibi cellebravit concilium solempne, in quo canones statuit, et Fredericum Romanorum inperatorem, Emanuhelem Constantinopolitanum, Gullielmum Syculum atque Lonbardos ad concordiam revocavit. Cum autem papa Mesane applicuisset, rex Gulielmus Syculus, non quia papa, set ipsum et dominum, a quo tenebat regnum, recognoscens eum debito honore prosecutus est; quo anno Christiani cum Sarracenis ultra marre pugnaverunt et optinuerunt, quia septem millia Christianorum XXXII millia discunfecerunt Sarracenorum. Eo anno Offredus, vir sinplex, mansuetus et Deo devotus, Cremone fit episcopus XVII[usk]. Tempore huius Petrus dictus Comestor Ystoriam scolasticam conposuit. Et quidam[l] frater Iordanus, totius ordinis Predicatorum magister, floruit. Nec non Ugo cardinalis floruit ordinis Predicatorum, nec tantus vir vitio caruit, nam inter XII cantanites[l] totidemque puellas acumbere solebat[m. 2]. *Sic, et Mart. Opp.* *Mart. Opp.* *Sic.* *Got. 23, 48. cod. D 6.* *Mart. Opp.*

a) mirashulis *corr.* mirachulis? *c.* b) *seq.* an (?) *delet. c.* c) Se *Martin.* d) *haec — fecit alio atramento ab Alb. post suppl.* e) *sic c.; lege* Urbevetanam. f) *sic c.; lege* Teracinam. g) II *manu Alberti in loco raso,* II *vel* III *eraso.* h) *seq.* in *delet. c.* i) *seq.* In quo conci *delet. c.* k) *Alberti manu, sed alio nigro atram. in marg.:* Nota de Offredo episcopo Cremon XVII. l) *lege* catamitos. m) *reliqua, fere dimidia, pars paginae* 162. *vacat.*

quidem) ex Iacobi Leg. Aurea c. 11. *assumptum esse censeo, quamvis ed. Grässe p.* 68. *habeat* millesimo CLXXIV. *Illa enim editio mendis ac vitiis scatet.* 1) *Albertus neglexit quod in codice D* 6 *Gotifredi dictum est, hunc et sequentem tempore Friderici II. imperatoris vixisse. Unde fratres ordinis Praedicatorum tempore Friderici I. et Alexandri III. papae iam floruisse miro modo scripsit. In codice D* 6 *haec ex Martini Oppav. Cronica p.* 437. 440. 471. *excerpta sunt.* 2) *Iure stupebis haec legens, quae Martinus p.* 443, *l.* 25 *sq. dixit de Octaviano Augusto exscribens*

*f. 162'. Sic. Mart. Opp. et Got. 29, 2. *Anno[a] Domini ab incarnatione M°CLXXXI. Lucius papa IIIus, alio nomine .....[b] vocabatur, natione Tuschus, ex patre .....[b], successit Alexandro III° pape inperante Frederico primo inperatore, qui sedit annis IIIIor, m. II, Sic. d. XVIII; et cessavit d. XIII. Hic papa pro Tuschulano Romanos Mart. Opp. acriter inpugnavit. Anno Domini M°CLXXXIII.[1] Rex Alapie cepit Edissam civitatem, que in Genesi dicitur Arath, Francosque ibi captos aut morte aut servitute dampnavit. Archiepiscopum vero civitatis quasi ducem gregis cum omni clero, quia Christum noluerunt abnegare, in media urbe coram se decollari precepit. Sic igitur Edissa civitas, que Abagro[c] rege ipsius orthodoxo, cui Christus ante suam passionem, sicut legitur in Ecclesiastica ystoria, scripsit epistolam, et deinde per apostolum Thomam fuerit predicata et Christo dedicata, tunc primum a gentibus prophanatur et possidetur novorum sanguine martirum purpurata.

Sic. Anno Domini M°CLXXXV. Sycardus Cremonensis[d] ecclesie fuit episcopus XVIIIus, qui fuit vita et scientia preclarus[e].

Mart. Opp. et Got. 29, 2. Anno[a] Domini ab incarnatione M°CLXXX°VIIII°[f], [indictione[g] V[2]], Urbanus IIIus papa, alio nomine .....[b] vocabatur, natione Lonbardus de civitate Mediolanensi, ex patre .....[h], successit Lucio in sede inperante Frederico inSic. peratore, qui sedit ann.[i] I, m. X, d. XXV. Anno Domini 1187. ab incarnatione M°CLXXXVII. die III° Iulii[3] Yherusalem Iul. 3. civitas[4] capta est a Salatino, et terra Domini ab infidelibus occupata;

Mart. Opp. Iac. de Var. c. 3, 7. et sol obscuratus est a tercia usque ad nonam[4] et diu post nonam in eodem statu permansit. Eodem[k] anno Turcli

a) A *littera initialis minio pingenda deest.* b) *spatium nomini inserendo vacat.* c) ab Agaro *Martin., recte vero* ab Abagaro. d) cremoñ *c.* — *In marg.:* De Sycardo episcopo Cremoñ. e) *spatium quatuor circiter versuum vacat.* f) M°LXXXX°VIIII° *c.*, LXXXX°VIIII° *in loco raso ab Alb. post corr.* g) ind. V. *ab Alberto superscr.*, V *in loco raso, in quo* IIII *antea scriptum erat.* h) *hoc loco spatium vacuum non relictum est.* i) annis, is *erasum c.* k) *in marg. manu Alberti:* Translaī corporis sancti Nicholai. — *Ad haec* — M°LXXXVII. *lineis coniuncta in marg. manu Alberti adscriptum est:* Vacat, nam est supra in titulo Greg VII. *(p. 14).*

haec ex Cronica Tiburtina deperdita, ubi eadem transscripta erant ex Cronica pont. et imp. S. Laurentii Romana, SS. XXXI, p. 192, *in qua exscripta erant ex Pauli Hist. Romana VII,* 10. *Patet haec etiam scripta fuisse in libro parente codicis D*6 *Pantheon Gotifredi, in quo (SS. XXII, p.* 260, *n. *) haec immutata sunt in* qui omni vitio caruit, *cum librarius iure miraretur de cardinali tam luxurioso. Apparet in libro parente codicis D*6 *haec exscripta fuisse e Cronica Martini et ideo haec mira de Hugone cardinali ibi dicta fuisse, quia is, qui praecedentia in libro illo ex Cronica Martini exscripsit, codicem quendam eius legit, in quo folia quaedam extremam partem historiae pontificum continentia excisa essent, aut folium Octaviani historiam continens falso loco insutum esset, ut librarius in cuiusdam folii ima parte de Hugone cardinali scripta legens in sequente de Octaviano haec relata inveniret.* 1) *Sequentia a.* 1144. *facta sunt. Ex arbitrio haec Albertus ad hunc annum posuisse videtur.* 2) *A.* 1189. *indictio VII. et VIII. fuit. Nota Urbani III. electionem ad a.* 1189. *adscriptam, cui Gregorius VIII. a.* 1187. *successisse recte infra dicitur.* 3) *Hoc ex Ann. Cremon. deperditis, sed Ierusalem die Oct.* 2. *capta, die Iul.* 4. *Christiani pugna magna apud Hattin commissa victi sunt.* 4) *Cf. Ann. Cremon. p.* 7.

Miream civitatem destruxerunt, et XLVI milites[a] Barensis presentibus IIII[or] monacis, corpus beati Nicholai ostendentibus, tumbam eius aperuerunt ossaque eius in oleo natantia in urbe Beream[b] reverenter detulerunt, id est anno Domini M°LXXXVII[c. 1]. *Iac. de Var.*

Iste papa, dum de transmarinis partibus tam flebilem rem audisset, pre nimio dolore obiit. Sepultusque in Ferraria; qui fuit etiam archiepiscopus Mediolanensis[d]. *Mart. Opp.* *Sic.*

Anno[e] Domini ab incarnatione M°CLXXXVII. Gregorius VIII[us] papa, alio nomine .....[f] vocabatur, natione Beneventanus, ex patre .....[f], successit Urbano pape inperante Frederico predicto, qui sedit m. I, d. XXVII; et cessavit d. XX. Hic papa apud Ferrariam creatus fuit, vir religiosissimus, cuius *mondus in maligno positus* non fuit presentia dignus; et ideo, cum sedisset vix duobus mensibus, eum Deus substulit. Iste papa ortabatur quam plurimum Christianos crucis signum sumere et ad recuperandum civitatem sanctam Iherusalem et sepulcrum Domini festinare. Et inperator igitur Ytaliam sibi paccatam relinquens signaculo crucis[g] se conmunivit. Et papa zelando pro Terra Sancta ad diversas provincias litteras misit, et facta pace inter Ianuenses et Pisanos, Pisis moritur et ibi seppelitur[h]. *Mart. Opp.* *Sic.* *Mart. Opp.*

*Anno[e] Domini ab incarnatione M°CLXXXVII. Clemens III[us] papa, alio nomine vocabatur .....[f], natione Indusi[i], ex patre Iohane scolari, successit Gregorio pape inperante Frederico predicto, anno inperii eius XXXVIII, qui sedit annis tribus, d. XVI. Iste papa claustrum apud Sanctum Laurentium foras muros ordinavit et Laterani palatium fecit et aliud epirrium[k] ante ereum equm[l] fieri fecit[m]. *f. 163. *Sic.* *Mart. Opp.*

Anno Domini ab incarnatione M°CLI[n], anno etiam ab Urbe condita M°DCCCCXXIII[2], annis vero ab Adam sex millibus CCCLI[3], indictione prima[4]. Fredericus primus, fillius Frederici ducis Suevorum et[o] Conradi regis fratris, natus ex clarissima progenie Karulorum, post Conradum secundum apud Franchefort comuni voto et consensu omnium principum ad inperium fuit electus. Pontificatu domini Eugenii pape[5], qui inperavit apud Romanos annis XXXVII. *Got. 24, 1.* *Mart., Sic.*

Iste inperator fuit milex strenuus et magnanimus, mitis et afabillis, inlitteratus, set morali scientia doctus, quia *Sic.*

mores hominum vidit et urbes.

Largus atque nobillis et in omnibus fuit gloriosus. Cuius temporibus *Mart. Opp. Sic.*

a) *supple* civitatis, *ut infra p.* 38, *l.* 21, *legitur*; Barenses *Iac.* b) *sic h. l. et infra p.* 38, *l.* 23, *c.*; Bream *(i. e.* Barim*) Iac.* c) *rallendo corr. ex* M°CLXXXVII, *ut infra p.* 38. *legitur.* d) mediolan *c.* — *Spatium duorum vel trium versuum vacat.* e) A *littera initialis minio pingenda deest.* f) *spatium nomini inserendo vacat.* g) *cf. SS. XXXI, p.* 168, *l.* 29, *n.* c. h) *reliqua pars paginae quatuor circiter versuum vacat.* i) *sic miro modo c.!* Romanus *Martin.* k) pal. fecit alcius et puteum ante ereum equum *Martin.* l) *sic c.* m) *spatium quatuor versuum vacat.* n) CLI. *in loco raso.* o) *seq.* frater *delet. c.*

1) *Haec iterum infra p.* 38. *leguntur.* 2) *Cum Gotifredus a.* 1146. *Fridericum I. regnum accepisse scripsisset, Albertus hunc numerum Gotifredi quinque annis auxit, cum ipse Fridericum a.* 1151. *regnum adeptum esse dixisset.* 3) trecentis triginta quinque *Gotifr.* 4) *A.* 1151. *indictio XIV. et XV. fuit.* 5) *Cf. Gotifr. XXIX,* 2, *p.* 296: Vivente etiam Eugenio . . . Fridericus . . . regnavit.

Sic. Mart. Opp. multa et varia sequentia provenerunt. Nam anno inperii sui primo[1] inperator apud Tyburtinum precepit, ut Tyburtina civitas rehedificaretur, et rediens eodem anno Spoletum destruxit. Anno *Sic.* Domini M°CLII. Medesana capta est a Cremonensibus[a] et Placentinis, penitus et destructa. Anno Domini M°CLIII. Ascalona civitas capta est a Christianis. Anno Domini M°CLIIII°r. Rex Fredericus primo in Ytaliam venit, qui civitatem cepit Astensem, tures et muros civitatis destruens. Deinde Terdonam idem rex cepit, fon- *Got.* 24, 4. ditus et destruxit, que ter per Fredericum fuit desolata. Deinde *Sic., Mart., Got.* 24, 5. inperator Romam festinans pro coronatione sua[2] subiugavit totam Tusciam[3] et multos heriles sibi subposuit. Anno Domini *Sic. Got.* 24, 5. M°CLV. A[nastaxius[b]] papa creatur. Et quidam Arnaldus Brixiensis hereticus, dogmata cuius erant quasi pervertentia mondum, *et Sic.* auctoritate regis capitur et laqueo fuit strangulatus, deinde igne[c] *Sic. et Mart. Opp.* fuit conbustus[4]. Anno Domini M°CLVI. Fredericus rex ab Adriano Rome inperiali diademate fuit coronatus et Romanos inpug- *Sic.* navit nolentes ei fidelitatem et ius debitum exibere. In quorum acrimoniam et inperialem ultionem Tyburtinum censuit municipium restau- *Mart. Opp.* rari[5]; pugna autem cum Romanis fuit hoc modo: Ipso vero die ante nonam ad stationem suam, que erat in prato Neronis, cum exivisset, Romani armata manu familiam sequentem in porta Sancti Angeli crudeliter invaserunt usque ad tentorium inperatoris persequendo. Set invalescente clamore Teuthonici adunati Romanos expulerunt crudeliter, adeo quod prostratis multis et captivatis, cum *Sic.* magnis precibus papa[d] vix captivi fuerunt restituti; et sic inpugnavit Romanos.

**f.* 163'. *Got.* 24, 7. *et Sic.* *Hiis ita conpletis[e] cum in Alamania[f] rediret inperator, residet super arva Spoleti; a quibus civibus Spoletanis petit sibi *Got.* tributa dari. Cives quoque dederunt sibi monetam falsam, pro qua falsitate inperator civitatem ipsam iussit igne succendi et muros eius fonditus destrui, et multos de plebe perimi fecit[6]. Deinde venit inter Alpes Veronensium; et cum velet cum proceribus suis quoddam flumen magnum in angustis montibus positum transire, fuit quasi carcere cinctus. Veronenses vero, qui erant super cacumina montium, arma ruunt saxaque pluunt, et plurimos ex gente inperatoris interimunt, et quassant proceres a vertice saxa, et nulla arma queunt valere millitibus; quod bellum duravit per quatuor dies sine spe vite militum inperatoris; tandem aliqui militum dicti inperatoris passibus occultis super alta cacumina tendunt, et plebs supercilii montis ad ima ruunt. Inperator autem hunc pede truncari, hunc fonditus exoculari et proceres Veronenses illuc existentes laqueo fecit super alta suspendi. Sic in- *Sic.* perator Veronensibus reprobis ita remuneravit. Post hec

a) cremon *c.* b) A *solum in c., reliquae nominis litterae erasae.* c) *seq.* 9 (con) *delet.* d) *lege* pape. e) *seq.* du *delet.* f) alamaniâ *c.*

1) anno primo *Martini falso loco posito Albertus* inperii sui *perperam addidit.* 2) pro coron. *ex Mart. Oppav. p.* 470. 3) subiug. totam Tusciam *ex Gotifredi Pantheon XXIV*, 5: Tuscia devota se dedit undique tota. 4) *De Arnaldo de Brixia vide iam supra p.* 25. 5) *Quod Albertus iam supra l.* 1—3. *e Cronica Martini retulit.* 6) *Etiam de destructione Spoleti iam supra l.* 3. *e Cronica Martini scripsit.*

in Alamania cum triumpho rediit inperiali. Huius temporibus quidam Gulielmus erat rex Syculorum; post dictum Gulielmum successit alius Gulielmus multum formosus et gladio probus. Erat autem apud Danaos, id est Grecos, inperator, qui Emanuel nomine, cuius inperium rapuit quidam tyrapnus[a] nomine Andronicus, princeps scelerum, ab ense cuius proceres Grecorum cadunt. Eo autem tempore Lodovicus rex Francorum obiit. Andronicus autem consobrinus Manuelis inperatoris tempore iuventutis sue rapuit quandam consobrinam suam, cum qua secessit in terra Turchorum, ibique usque ad obitum Manuelis tamquam exul permansit. Defuncto Manuele et fillio eius Alexio pro patre regnante Andronicus cum exercitu Turchorum Constantinopolim venit et urbe occupata Alexium et sororem eius Mariam et maritum Raynerium Lonbardum, marchionem Montisferati, interimit, omnes fere principes Grecie aut occidi aut cecari precipit. Latinos omnes in Grecia conmorantes mandat occidi, se solum inperatorem iubet terribiliter venerari; unum solum principem Ysaac de regio sanguine ficta dilectione vivum[b] in urbe servavit, quem tandem habens suspectum similiter perdere cogitavit. Ille cum de nocte occaxione coloquii ad Andronicum vocatur, ut pereat, dolo[c] prescito fraudeque precognita nuncium, qui eum ad mortem vocat, manu sua repente interficit et apud Sanctam Sophyam convocatis civibus causam traditionis exponit. Aserens universum populum similiter periturum, nisi tyrapnus Andronicus perimatur. Facto igitur clamore in populo Andronicus capitur et membratim succinditur[d], uno occulo cecatus[e], ut cum altero sua tormenta videret, ita quod prius a mulieribus et a populo lapidatur, laqueo per omnes vicos urbis decorose[f] trahitur et miserabiliter exanimatur. Anno Domini MCLVII. Mediolanenses castrum Papiensium nomine Vengnevalum destruxerunt, Terdonam rehedificaverunt. Anno Domini M°CLVIII[g], indictione VI[a], inperator in Ytalia rediens Brixienses et Mediolanenses[h] inpugnavit, Laudam fondavit in monte Gezonis [1]. Mediolanum obsedit, set federe facto discedit, et regalibus resignatis pacem cum Lonbardis conposuit et leges in Roncalibus condidit. Anno Domini M°CLVIIII°r Adrianus papa moritur, et Alexander papa substituitur[i], cum quo pessime stetit inperator, et in preiuditium ipsius[k] tribus scismaticis[l] successive adherens inperator regem Francorum, ad quem papa confugerat, congregata magna multitudine, precipue duorum *regnorum, videlicet Boemie et Datie, fultus auxilio, nitebatur in Burgondiam veniens exstirpare. Set rege Anglorum regi Francorum[m] ferente auxilium nil profecit [2]. Eodem anno tures Placentinorum et munimina destruxit. Eodem anno, indictione VII[a], inperator Cremam obsedit una cum Cremonensibus et sequenti anno, videlicet anno Domini M°CLX, VI° Kall. Febr. cepit, fonditus dissi-

Got. 23, 49.

Sic.

*Mart. Opp. *f. 164.*

Sic.

1161.

a) *sic c. h. l. et infra l.* 25. b) uium *c.* c) *penna mutata.* d) *sic c. pro* succiditur. e) *seq.* altero *delet.* f) *sic c.; dedecorose Gotifr.* g) M°LVIII. *corr.* M°CLVIII. *c.* h) mediolan *c.* i) *seq.* cu *delet.* k) *seq.* quato(?) tres *delet.; quatuor scismat. Martin.* l) *seq.* a *delet.* m) fr *alio atram. in loco raso.*

1) *Cf. Otto Morena, SS. XVIII, p.* 604 *sq.; Gesta Federici I. imp. in Lomb., SS. R. G. p.* 36; *Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 347.
2) *Eadem iam supra p.* 28.

Sic. pavit atque destruxit[1]. Deinde anno Domini M°CLXII[2], indictione X[a], inperator cum Mediolanensibus[a] apud Carcanum pugnavit, set utriusque fuit adversa fortuna; tandem cepit[3], et ab inperatore dictam civitatem fonditus destruxit et
Mart. Opp. extirpavit de mense[b] Marcii. Siquidem muri eius altissimi fonditus suffosi sunt, cetera ad cinerem redacta fuerunt. Albanum quo-
Sic. que a Romanis concrematum est VI. Idus Aprillis. Deinde in civitatibus pro sua voluntate constituit inperator potestates. Hiis ita victoriose peractis inperator in Alamania rediit. Tempore procedente Romanis Tuschulanum inpugnantibus, et cancellariis *in fortitudinis brachio* eam defendentibus, cum Romanorum multa millia cecidissent, festinus inperator venit ad Urbem. Anno Domini M°CLXVII. Paschalem antipapam et heresiarcham apud Sanctum Petrum in sede intronizavit, eciamve cum Romani sancti Petri ecclesiam incastellassent, non perferens pacienter, atrium prophanando combussit; propterea nutu Dei, qui nullum malum preterit inpunitum, omnes pene suos mortalitatis pestilentia perdidit. Set et contra eum eodem anno civitates Ytalice conspiraverunt, Mediolanum rehedificantes. Prodolor! etiam illa non fuit expers coniurationis, quam in archisummo constituerat alliarum; in se vertit mannum, cum pestiferum sibi maleum proprio maleo reincudit[c]. Set divina ultio et ultionis augmentum, ut fillius patrem, libertus patronum, famulus dominum, aut quivis, de quo fuerat meritis presumendum, iamiam hostis inprovisus feriat venerandum amicum. Redeuntem igitur inperatorem, itinere per planitiem intercluso, per abruta[d] et invia montium transire
1167. oportuit, quo usque ad Alamanica regna pervenit. Et Lonbardi fecerunt pacem insimul. Et eodem anno Cremonense[e]
Mart. Sic. baptisterium[f] fuit inceptum de mense Marcii[4]. Hiis temporibus[g] quidam Presbiter nomine Cremonensis[h] electus, qui, licet alias scientia et meritis dignus, tamen propter scisma deiectus est[5]. Et ut adinpleatur quod vulgo in proverbiis dicitur: 'Cui accidit una, non erit illa sola'. Sequenti anno, scilicet anno Domini M°CLXVIII, Lonbardi coloniam, id est novam colonorum habitationem, facientes eam ab Alexandro papa Alexandriam vocaverunt. Allii Civitatem-novam, Papienses vero Paleam usque in hodiernum diem
Mart. Opp. Sic. appellant[6]; et redifficata fuit a Mediolanensibus, Cremonensibus et Placentinis contra Papienses. Eodem quoque anno Romani vires resumentes Albanum expugnaverunt et expoliantes omnibus bonis incenderunt[7]. Sequenti anno, id est M°CLXVIIII°r, civitas Cremone cepit murorum[i] munimine cingi. Demum rediens

a) Mediolañ *c.* b) emense *corr.* de mense (?) *c.* c) reincludit, l *expunct. c.* d) *sic c.* e) Cremoñ *c.* f) batīprm *c.* g) *seq.* p *delet.* h) cremoñ *c.* i) *seq.* muni *delet. c.*

1) *Nescio an hoc et sequente loco de Crema et Mediolano destructis Ann. Cremon. deperditi exscripti sint. Cf. Chron. Ursperg., SS. XXVII, p.* 351: castrum funditus diruitur. 2) MCLXII. *cum Martino Albertus falso scripsit pro* MCLX. *Sicardi, opinatus perperam eodem anno Mediolanum captam esse, quo pugna apud Carcanum commissa sit.* 3) *Scilicet Mediolanum.* 4) *Cf. Ann. Cremon. p.* 5. 5) *Haec iam supra p.* 28, *l.* 6—8. 6) *Haec iam supra p.* 28. *leguntur.* 7) *De hac re iam supra l.* 6. 7. *e Cronica Martini relatum est.*

inperator in Ytalia et anno Dominia M°CLXXIIII°r Segugiam de- *Sic.*
struxit, Paleam, id est Alexandriam, obsedit. Set postremo nichil messuitb nec quicquam utile in horea reportavit, quia primo incepta guerra Alexandrini tamquam coacti pacem fecerunt *Gen. 24, 9.*
cum inperatorec se prostrantes ante pedes inperatoris nuda cervice. Et inperator amore Dei pacem dedit eis, que per octo dies duravit, et guerra velut fuerat incipitur, Mediolanensibusd cum alliis Lonbardis Alexandrinis auxiliantibus; tandem inperator prius obtinuit, set post fugiendo recessit nec tamen a patria cessit; set verbere utraque pars 'cessa, tam inperator quam *f. 164c.*
Lonbardi super arma silent; propter quam guerram quidam monacus hiis versibus explicavit[1]: 1175.

1 *Describere*e *proposui, ut longa sit memoria,*
Quod Lonbardia nobillis tuetur sua menia
Ab alienis gentibus, honorem atque predia.

2 *Quod*f *quidem temerarium videtur et audatia*
Pro rei magnitudine et gravitate nimia,
*Et quia*g *noster calamus non*h *sufficit ad talia.*

3 *Ab illo ergo petimus, ut possimus hoc*i *perficere,*
*A quo subsistunt omnia, [qui*k*] esse dat et vivere*
*Et*l *qui precepit homini hiis nomina inponere.*

4 *Est Lonbardie regio sic fertilis in omnibus,*
*Bestiis atque*m *fructibus, volatili et pissibus*n*,*
*Ut eis*o*, quibus indiget, habundet gens pre omnibus.*

5 *Hec [monte*p*] gens circundatur, fluminibus irigua,*
Estatis hic temperies et hyemps est exigua,
*Civitates vix triginta*q*, castella sat contigua.*

6 *Set gens, que ibi maxima, honore usa proprio,*
*Virtute atque viribus repleta [est*r*] ingenio,*
*Affligi numquam patitur sub servili*s *dominio.*

7 *Suetam*t *reverentiam prebere tamen studuit*
Romanis dignitatibus, quam gens antiqua prebuit.
Set ultra istam progredi nequaquam pati voluit.

a) *seq.* M°CLV. *delet. c.* b) q (qui), *quod sequitur, deletum videtur.* c) *seq.* que parum duravit *delet. c.* d) Mediolan *c.* e) *praecedentia aquoso, sequentia nigro atramento scripta.* f) Quo *c.* g) q (quod) *c.* h) no su, su *delet., c.* i) hoc *delendum.* k) qui *suppleri.* l) *seq.* hiis *delet. c.* m) ac *c.* n) *sic c.* o) eius *c.* p) monte *suppleri.* q) *seq.* sat *delet. c.* r) est *supplevi: fort.* et. s) *seq.* dñio *delet. c.* t) *lege* Su-etam.

1) *Sequens carmen anno* 1175. *compositum est post pacem de Montebello die Apr.* 16. *factam, antequam bellum inter imperatorem et Lombardos post Aug. eiusdem anni renovatum est; cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 494; *F. Güterbock, 'Der Friede von Montebello' (Berlin* 1895*) p.* 24 *sqq.*

8 *Hanc subiugare cupiunt set reges callidissimi,*
Hinc Gallorum, hinc Grecorum, hinc principes doctissimi,
Ut sit hec[a] *subacta legibus cyrographi durissimi.*

1174. 9 *Non armis unus*[b·1] *dimicat, set tantum cum potentia,*
c Alter[2] *leoni similis iam fremit*[d] *in Liguria*
Deducens secum homines plusquam viginti millia.

10 *Huic Papia*[e] *iungitur*[f] *et Monferati marchio*[3]
Et multi capitanei, quos nominare nescio,
Dicentes Alexandriam die vincendam tercio.

(Oct. ex.) 11 *Castellis atque manganis circumdant eam propere*[g],
Nullus exire potuit, nec[h] *intrare permisere*[i].
1175. *Sex mensibus sic permanet, nil potuere facere.*

12 *Sic oppugnatur civitas, quam Papienses Paleam*
Vocant[k·4], *set [quam*[l]*] inveniunt et senciunt lapideam,*
Quos incepisse penitet, dicentes esse ferream.

1174. 13 *Viri [qui*[m] *intus] valentes in armis et astutia*
Concremaverunt hostium cum viris edifficia
Et deduxerunt plurimos de ipsis intra menia.

14 *Set qui pugnabant deforis videntes ista fieri*
Amissa gente maxima procul cessere miseri.
'Quid faciemus'? inquiunt, 'abhinc non sumus liberi'.

1175. 15 [n]*At Lonbardia prepotens istis occurit obviam*
Fugato canzellario[5], *ut vindicet iniuriam*
Illatam suis sociis, qui tenent Alexandriam.

16 *Ordinate sunt ad bellum hinc et inde acies,*
Quas deducit atque tenet leonina rabies.
Sola distat inter[o] *eas planissima*[p] *planicies*[6].

a) hec *delendum.* b) unus *bis scriptum.* c) set tantum cum potentia *repetita hoc loco, deleta c.* d) fremet *c.* e) *seq.* iug *delet.* f) iugitur *c.* g) prospere *c.* h) ne *c.* i) nisi misére *c.* k) vocant *in fine praecedentis versus scriptum c.* l) quam *suppleri.* m) qui intus *suppleri.* n) Set qui pu *strophae* 14. *primi versus hoc loco repetita, deleta c.* o) intra *c.* p) *forte* ampliissima *legendum.*

1) *Christianus archiepiscopus Moguntinus, ut videtur; cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 495, *n.* 11. 2) *Fridericus imperator.* 3) *Wilhelmus III.* 4) *Cf. supra p.* 34, *l.* 35. 5) *Christiano archiepiscopo Moguntino; cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 496, *n.* 4. 6) *Post hanc strophan quaedam omissa esse conieci 'N. Archiv' XVII, p.* 496, *quod et nunc verisimile esse credo, quamvis contradixerit F. Güterbock l. l. p.* 23.

17 *Deus, omnium creator*
atque mondi gubernator,
Qui convertit Pauli mentem,
sic concordet istam gentem,
Ut non sit in eis bellum
neque aliquod flagellum.

18 *Ibi pax est ordinata,* 1175. (*Apr.* 16).
iuramentis et firmata,
Utrum vera sit, nescimus[a],
veram esse nos gestimus[b],
Deo gratias dicamus[c]*!*
veram esse nos speramus.

Anno Domini M°CLXXV. Cum Lonbardi contra imperatorem *Sic.* apud Castezium congregati fuissent, eos redditis gladiis[d] subiugavit et in deditione inperio digna recepit. Eodem anno fulgur cecidit in ecclesia Cremonensi[e].[1] Anno Domini M°CLXXVI. Inperator apud Lagnianum dimicans, exercitus eius a Lonbardis vincitur. O rota fortune, que nunc humiliat, nunc exaltat! ymo non fortuna, set Dominus, qui *mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, Dominus pauperem facit et ditat, humiliat et sublevat.* Videns[2] igitur inperator, *quia non in fortitudine sua roborabitur vir,* videns, quia Deus exaltat humiles et deponit potentes; consciderans[f], quod ecclesiam suam fondavit supra firmam *petram, et porte inferi non prevalebunt adversus eam,* et post multas persecutiones per multa tem- *Mart. Opp.* pora pape Alexandro factas, et timens, ne a dominio suo caderet propter rebellationem Longobardorum, qui contra ipsum rebellaverant, et pape Alexandri prosperitatem, missis solempnibus nonciis domino pape propter reconciliationem, et[g] in hoc multum laboravit. Tandem dominus inperator humiliavit se sub *Sic.* potenti manu Dei et pacem conposuit apud Venetias cum domino Alexandro summo pontifice, absolvendo eum, ponendo pedem super collum inperatoris, dicendo: *Super aspidem et basciliscum*[f] *ambulabis et conculcabis leonem et draconem*[3]*;* *Ps. 90, 13.* dicitur tum inperatorem dixisse: 'Non tibi, set Petro'[4].

a) nesimus *c.* b) gessimus *c.* c) dicimus *c.* d) *seq.* srbiu *delet. c.* e) cremoñ *c.* f) *sic c.* g) *seq.* h *delet. c.*

1) *Haec iam supra p.* 28, *l.* 26. 2) *Sequentia iam supra p.* 29, *l.* 13 *sqq.* 3) *Eadem fabulosa narrantur in recensione D Cronicae Gilberto addictae, SS. XXIV, p.* 134; *in Richardi Pictav. Cont. Itala, SS. XXVI, p.* 85; *in Cronica Iohannis de Deo, SS. XXXI, p.* 323 *(inde in Cron. Mantuana, SS. XXIV, p.* 217*); a Thoma de Papia, SS. XXII, p.* 506. *Moneo etiam haec singulari modo de Friderico II. imperatore et Gregorio IX. papa narrata esse in 'Fioretto di croniche degli imperadori a cura di L. del Prete' (Lucca* 1858*) p.* 36. 4) *Et praecedentia cum versu psalmi et haec habet Ioh. Villani V,* 3, *qui etiam addit:* e 'l papa rispuose: 'Ego sum vicarius Petri'. *'Cronichetta Fiorentina'* 1110—1273, *Pubbl. da F. Roediger (Firenze* 1888*) p.* 2,

Sic. Et cum segregatus fuisset a gremio sancte matris ecclesie, recunciliatus est ecclesie universali; ubi et cum Lonbardis ad sex annos et cum rege Syculo usque ad XV annos treugam fecit anno Domini M°CLXXVII. Inperator igitur in Alamaniam reddiit[a], et appostolicus Romam reversus est.

*f. 165. *Anno Domini M°CLXXVIII. aqua Padi fuit nigra[1].

Sic. Anno Domini M°CLXXXIII. Inperator apud Constantiam fecit pacem cum Lonbardis. Hoc anno valida famis[a] fuit[2]. Anno Domini M°CLXXXV. Inperator in Ytaliam rediens Cremam in odium Cremonensium[b] rehedificavit. Et eodem anno terremotus modicus in Ytalia fuit. Anno Domini M°CLXXXVI. Inperator quoddam castrum Cremonensium[b] Manfredum castrum nomine omnino destruxit, set auctore Domino et per ministerium dominic Sycardi tunc episcopi Cremonensis[b] facta est inter inperatorem et

Got. 24, 11. Cremonenses[b] reconciliatio. Eodem vero anno Domini M°CLXXXVI, indictione VI[a], VI. Kall. Febr. rex Henricus, filius Frederici inperatoris predicti, cum Constantia fillia regis Rogerii Scicilie Mediolani nuptias cellebravit apud Sanctum Ambrosium anno etatis sue XXI, regni autem sui XVII. Anno Domini

Iac. de Var. c. 3, 7. M°CLXXXVII.[3] Turcli Miream civitatem destruxerunt et XLVI millites civitatis Barensis, presentibus quatuor monacis corpus beati Nicholai ostendentibus, tumbam eius apperuerunt ossaque eius in oleo natantia in urbe Beream[d] reverenter detu-

Sic. lerunt. Eodem anno porte civitatis Cremone edifficate fuerunt[4]. Anno Domini supradicto inperator igitur victoriosus Ytaliam inter se paccatam relinquens, Alamaniam rediens, et pro offensionibus illatis sancte matri ecclesie et pastoribus eius

Sic. asumpsit signaculum crucis et honorabilles noncios ad Salatinum direxit, monens et monitans, ut terram desereret[e] Yherusalem, quam invaserat, Yesu Christi. Anno Domini M°CLXXXVIII. rogatu Cremonensium[b] Sycardus episcopus Cremonensis[b] in Alamaniam ivit, ut ab inperatore castrum Manfredi rehedificandi licentia[a] inpetraret, set spe cassata rediit. Et eodem anno Castrum-Leonis loco castri Manfredi et non longne[a] ab ipso castro incohatum est[f]. Anno Domini M°CLXXXVIIII°r. Buzam Cremone, quam fecerunt Cremonenses[b] fabricari, ultra mare subventione Terre Sancte personis et rebus miserunt honeratam. Eodem anno Fredericus inperator fellicissimus quinque habens fillios, id est Henricum inter ceteros primogenitum, quem fecerat cesarem, Fredericum Suevorum ducem, Ottonem comitem,

a) *sic c.* b) cremon̄ *c.* c) *seq.* tan *delet. c.* d) *sic c. ut supra p.* 31, *l.* 4. e) deseret *c.* f) *in marg.:* De Castroleone.

habet: 1177. se fe pace tra 'l papa Alessandro e llo 'mperatore Federico in Vinegia . . . . . e posegli *(papa imperatori)* il piè in sul collo, e fu *(imperator)* paziente diciendo: 'Si *(pro* Non*)* tibi, ma Petro'.

1) *Hoc Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 5, *ad a.* 1176. *(falso* 1174*) habent.* 2) *Cf. Martin. Opp. p.* 470. *(ad a.* 1162. *A):* Hoc anno fames valida fuit *etc.* 3) *Anno* 1087. *hoc factum esse scribit Iac. de Varagine, Leg. Aurea c.* 3, § 7; *cf. supra p.* 30. 26, *(n.* k*), p.* 31, *l.* 1 *sqq., ubi eadem exscripta sunt.* 4) *Cf. Ann. Cremon. ad a.* 1186/7 *(falso* 1185*), l. l. p.* 7.

Conradum et Philippum,[a] ducem et athletam Christi, set ceteros cum regno et regalibus Henrico cesari conmendavit, et occidentalem[b] relinquens inperium paccatissimum et ordinatum, partes hiis comitibus, hoc ordine orientis relinquens[1] adiit. *Sic.*

Exiens de Alamania introivit in Ungariam, ubi dicitur habuisse XC[c] pugnatorum; et ab Ungaro rege honorifice receptus Ungariam pertransivit; premisitque ad inperatorem Constantinopolitanum episcopum Monasteriensem et comitem Robertum de Suahu[d]; qui eos detinuit et tres exercitus[e] ad introitum Burgarie, ut transitum non inpedirent Burgari[2], premisit. Erat autem ibi nemus itineris quatuor dierum, cuius viam aptissimam[f.3] dissipavit, et in exitu nemoris munitionem faciens preparavit se cum exercitibus cesarem inpugnare. Set nemore magno cum labore[g] et difficultate pertransito, dux Suevorum, qui exercitum precedebat, munitionem destruxit et magnam multitudinem illorum interfecit. Deinde civitatem que Philipis dicitur inpugnantes eam ceperunt. Deinde Grecus inperator maximum Grecorum et Turchorum exercitum contra Romanum inperium direxit[h], contra quos dux Suevorum, fillius inperatoris Romani, acriter dimicans, eos supperavit et fugavit et intra quedam menia se recipientes maxima vi cepit et omnes occidit; XII vero Turchos in quadam munitione, ubi se receperant, viriliter resistentes igne cremavit. Ad hec Grecus inperator ad Romanum inperatorem honorabilles nuncios misit numero XVI, promittens seccurum transitum et indempnem. Licet igitur magnanimus inperator Fredericus in vindictam predictorum, que nequiter Grecus conmisserat *inperator, volebat Constantinopolim inpugnare, victus tamen conscilio principum suadentium, ut ad Terram Sanctam ad Christianorum festinaret auxilium, obsides petiit et optinuit; qui eum Galipolim perducentes transitum navigio procuraverunt; transivit autem exercitus quinque diebus, dux prior, pater posterior. Cumque pertransissent, venerunt Philadelphim; dux autem Philadelphie forum negans se ad pugnandum armavit. Set demum videns se non posse resistere, promissit forum et inperatori cum paucis concessit civitatis introitum. Postmodum propter karistiam contentio fit inter Grecos et Teothonicos; bellum initur[i], et absque inperatoris voluntate[k] per duos dies et noctes continuo decertatur. Demum victi Greci se in civitatis munitionem recipientes pactum inierunt et forum[l] tollerabilem[b] concesserunt, commercia cum funibus in sportis porigentes et eodem modo precia recipientes. Ad hec cum inperator Philadelphiam civitatem exiret, dux ei nuncium pro ducatu concessit, qui exercitum per devia et invia, montana et nemorosa deduxit, ubi victualia per duos dies nullatenus invenerunt. In exitu vero nemoris Greci quidam et Armeni forum eis pro posse paciffice tribuerunt. Ad hec Turclimani de Bentia[m], homines agrestes, qui nullius domantur inperio, qui non in menibus vel municipiis, set morantur in agris, infinitum et innumerabillem exercitum congregantes *f. 165'.

a) *nulla distinctio h. l. in c.* b) *sic c.* c) *sic pro* $\overline{XC}$ (XC milia) *c.* d) *lege* Nashu. e) *seq.* in *delet. c.* f) *sic cum codice* 1 *Sicardi c.* g) *seq.* ma *delet. c.* h) *seq.* q; (quod) *delet. c.* i) inititur *c.* k) voluntatē *c.* l) *seq.* tollel *delet. c.* m) Betia *Sicard.*

1) *Hoc verbum perperam insertum est.* 2) *Albertus corrupit locum Sicardi.* 3) preses Burgarie *omissus est cum omnibus codicibus Cronicae Sicardi.*

Sic. exercitum Christianorum die noctuque per quatuor ebdomadas inpugnarunt, ita quod Christianus exercitus semper incedebat armatus. Set tamen eorum multitudinem interfecit cum quodam admirando, millitie sue magistro[a]. Restagnus vero dominus illorum cum magno exercitu in strictura montium transitum prohibebat dicens, quod non transiret, nisi daret[b] ei C summarias auro et argento honeratas. Inperator autem respondit se libenter dare, set non nisi menolatum unum[c]. Interim nontii soldani, qui fraudulenter ducebant eum, aiebant, quod cito intrarent terram soldani, in qua gens ista sibi ulterius non nocerent. Tunc, quia Deus non dereliquit sperantes in se, quidam admiragdus celesti gratia inspiratus ad inperatorem adiit, fraudem detexit et prelium mane futurum predixit, faciensque[d] planiciem, in qua tradi ceperat, devitare, eum per montana deduxit. Occuritur in montibus, hinc inde pugnatur; set cum relictis sarcinis et alimentis dux viriliter desendisset[e], desendit[e] et inperator, qui victorios[f] hostes inpugnant et Dei superant inimicos. In qua pugna dux petra percussus duos dentes amisit; abhinc ductores a soldano delegati fugierunt timentes, ne detecte fraudis inperator faceret ultionem; Christianus vero exercitus confisus in Domino, qui deduxit Israhel per desertum, XV diebus per quandam[g] planitiem progressus carnem equinam comedit. Agrestes vero Turcli, de quibus prediximus, eos fame defecisse penitus existimantes rursus ad bellum insurgunt magna manu millitum peditum neccatura[h], quos invictissimus inperator devicit; et cum maxima multitudo se in quadam[i] clausura coacti recepissent, conbusserunt Teothonici universos; et extunc agrestes Turcli non fuerunt exercitum ulterius persecuti. Set altera die Melecrinus soldani fillius venit obviam cum exercitu et ad inperatorem nontios misit dicens: 'Revertere! quid enim facere putas, cum habeam plura vexilla
*f. 166. quam tu millites?' et cum per*venisset inperator ad quendam pontem, Turcli fuerunt ante et retro. Set dux anteriores devicit, et inperator posteriores in maxima parte interfecit; et sic pontem exercitus pertransivit universus. Deinde maxima et infinita multitudo Turclorum ex omni parte circuit Christianorum exercitum, ita quod eundo per quatuor ebdomadas die noctuque acriter inpugnabant, et Christianis preter carnes equinas victualia deficiebant. Cumque exercitus non invenisset aquam per diem et noctem, Turclo quodam capto docente aquam salsam sitibundi et famelici reperierunt. Altera vero die castrametati sunt in veridariis[e] Yconimi[k]; unde soldanus inperatori mandaverat, quod male intraverat terram suam. Inperator autem remisit querens, si forum tribueret annon. Soldanus respondit se daturum; set cum nimis carum offerrent, Christiani se ad pugnandum armarunt; et cum sexta et quarta[l] feria temporum imineret, Gothofredus[m] Erbipolensis episcopus aseverans[e] se vidisse beatum Georgium contra hostes pro Christianis[n] fortiter dimicantem, indicta penitentia et carnium edendarum data licentia, processerunt ad bellum; et dux quidem civitatem expugnans eam viriliter obtinuit et fere omnes rebelles occidit. Inperator quoque fillium soldani post terga pugnantem vicit et ex eis innumerabillem[o] interfecit; urbe capta potenter soldanus in munitionem fortissimam, que erat in urbe, se recipiens misit ad

a) *seq.* Re *delet. c.* b) *seq.* eis *delet. c.* c) menolatu munium *c.* d) *supple* eum *e Sic.* e) *sic c.* f) *sic c.; victoriosos Sicardi cod.* 1; victoriose *Sic.* g) quadam *c.* h) peditumve caterva *Sic.* i) *seq.* planitie *delet. c.* k) *sic c. ut supra p.* 26, *l.* 14. l) *lege* sexta feria quatuor temp. m) *seq.* eb *delet. c.* n) xpianit* *corr.* xpianis *c.* o) *supple* multitudinem.

inperatorem, dicens se velle forum dare et quicquid vellet acciperet[a]. *Sic.*
Inperator obsides petiit, et propter fetorem cadaverum — erant domus et vie cadaveribus plene — ab urbe discedens in pomeriis castrametatus est; dedit itaque soldanus obsides, dedit[b] victualium hominum et equorum. Set quoniam equos pernimium caros vendere satagebant, equm[a] pro centum marchis offerentes, a Teothonicis[c] econtra dolum pro dolo conpensantibus pro marcha fertonem accipiebant. Quod audiens soldanus misit ad inperatorem conquerens, quod sui precio deciperentur; cui respondit inperator: Si bonum forum darent, bonam marcham reciperent. Constituti sunt hinc inde iustitiarii taxatores. Ad hec procedens Christianus exercitus a quibusdam agrestibus Turclimani[a], qui non sunt de potestate soldani, molestias multas pertulit, quo usque ad Armenia[d] montana pervenit. In montibus autem Armenie Grecos et Armenos invenit forum alacriter exhibentes; de montibus vero descendens inperator Kalephi flumen repperit, per cuius ripam duobus diebus progressus, tertia luce pausavit[e] amenis; et cum esset estus magnus valde, inperator flumen asendit[a] cum duobus millitibus se cupiens balneare; cumque natare cepisset, demersus est anno Domini M°C°LXXXX°I°. Prodolor! humidum suffo- 1190.
cat elementum, quem ignea bella vincere nequiverunt. Invictus duritia ferri, fluidi mollitie vincitur elementi. Portantes igitur eum ad civitatem Salephym aromatibus condierunt. Fillius[f] autem eius, quem *Mart. Opp.*
secum tunc duxerat, corg ipsius detulit in Tyrum, ibique sepulto, constituto duce super exercitu domino, pervenerunt[h], Leoni de Montanis *Sic.*
obviantes ab eo magnifice recepti et cum triumpho magno ad civitatem Malmestiam sunt deducti; ubi cum dux infirmaretur, visitavit catholicum[i] Armeniensem; deinde profecti sunt Teio; de[k] per quandam porte *stricturam pervenerunt ad castrum quod Gastorium nominatur; *f.* 166'.
quod cum a Salatino detineretur, Christianus exercitus a sagitariis inpeditus est; et cum[l] patriarcha et princeps Antyochie occurrentes ducem et exercitum cum triumpho Antyochiam deduxerunt; ubi de conscilio principum[m] et patriarche moram fecit, quo usque marchionem Conradum Montisferretria[a] ad se vocaret, qui tunc in Achonensi erat obsydione; qua vocatione audita, baronum conmunicato conscilio, Antiochiam festinus adivit, transiens per Sur, ubi comitem Henricum de Campania tunc applicantem maximo suscepit honore; transiensque per Tripolim viduas et orphanos et nobilles auro argentoque sustentavit egenos, et applicans ad portum Sancti Symeonis a patriarcha, principe et duce cum magno triumpho in civitate Antyochie receptus est; cui se et exercitum dux omnino conmisit, paternis aseverans[a] obedire preceptis. Audiens hec Salatinus misit exercitum sub Tachadino fratre et Mirralino millite, ut districtum occuparet Barucei; quod dux et marchio percipientes ad Achonensem[n] navigio pervenerunt. Deinde cum Tholomaidam obsideret, dux obiit; ob- *Mart. Opp.*
ieruntque pene omnes nobilles, qui eodem tempore cum Philipo rege Francie et Richardo rege Anglie cum maxima multitudine transfretaverant.

Quis fuerit iste quartus[o] Conradus marchio Montisferatrip, *Sic.*
retro seriem perquiramus. Gulielmus itaque marchio Montisferati

a) *sic c.* b) forum, *quod supplendum, in omnibus codicibus Sicardi omissum est.* c) *seq.* et econta *delet. c.* d) Armenie *Sic.* e) *supple* in locis. f) Fillipus *c.* g) corpus *Martin.* h) *supple* Turso. Deinde. i) eum catolicus Armeniensis *Sic.; sed vide lectionem codicis* 1 *eius p.* 172, *n.* d. k) *lege* deinde. l) *lege* tunc. m) *sic cum codice* 1 *Sicardi c.;* principis *Sic.* n) *supple* obsidionem. o) quantusve *Sic.*
p) *sic c. h. l.* (montisferat[i]).

Sic. uxorem accepit dominam . . . . .[a], sororem domini Conradi regis Romanorum et domini Frederici[b] ducis Suevorum, de qua genuit fillios quinque, scilicet Gullielmum Spatam-longam, Conradum, Bonifacium, Fredericum et Raynerium. Iste fuit ordo[c] nativitatis eorum, quorum diversa fuerunt dona fortune. Gullielmum, specie decorum, virum millitarem, virtutibus armatum, viribus approbatum, patriarcha et rex Iherosolimitanus et eius regni princeps[d] astruerunt[e], ut regis sororem acciperet in uxorem et comitatum cum uxore Ioppensem. Accellerans igitur habuit comitatum et uxorem; et cum rex infirmus esset nomine Balduinus, ei coronam vollens inponere, Gulielmus comes[f] et marchio coronam renuit. Set in custodia regnum tenuit universum; et fillium genuit elegantem, qui avunculo rege patreque defunctis in regem coronatus est, licet etate minor; cuius custodiam mater[g] regina diligentius observabat. Ad hec Emanuel inperator Constantinopolitanus maiori Gulielmo marchioni mandavit, ut unum de filliis suis Constantinopolim destinaret filliam suam et regnum Salonich accepturum. Quia ergo Conradus et Bonifacius uxores habebant, Fredericus clericali cingulo militabat, Raynerium adolescentem decorum aspectu Constantinopolim misit; qui promissam inperialem filliam pariter cum Salonichensi corona suscepit. Set modico tempore regali diademate fruentes, ambo de hoc seculo migraverunt. Fredericus vero predicti marchioni[h] fillius Galbensis[i] fuit episcopus, quem magnanimiorem effecit prosapia generis, quam ordo exigeret episcopalis.

*f. 167. *Anno[k] ab incarnatione Domini M°C°LXXXXI°, indic-
Mart. Opp. tione X[a], Celestinus papa tercius, qui allio nomine vocabatur . . . . .[l], natione Romanus, ex patre Petro Bubonis, suc-
Sic. cessit Clementi pape secundo[1] inperante Henrico inpera-
Mart. Opp. tore quinto, qui sedit annis VI, m. VIII, d. XI et consecratus fuit die resurrectionis, et secunda die sui pontifficatus coronavit
Sic. dictum Henricum inperatorem; qui inperator donavit appostolico Tuschulanum, et appostolicus dedit Romanis, Romani vero civitatem destruxerunt et arcem, Tuschulanos excecantes et allias[m] deformiter mutilantes.

Anno Domini ab incarnatione M°CLXXXXVI. Corpora sanctorum martiris Archelay et Imerii confessoris Sycardus episcopus tunc Cremonensis[n] in altare in archa lapidea posuit XVI. Kall. Iulii, consecrantes et processionem solempniter facientes
Mart. Opp. cum CXXX vexillis ecclesiasticis. Iste papa fecit construi palatium apud Sanctum Petrum[o].

Anno[p] Domini ab incarnatione M°C°LXXXXVII, indictione . .[q], Inocentius tertius papa, qui allio nomine vocabatur . . . . .[l], natione Campanus, ex patre Transmundo. Con-

a) *spatium vacuum nomini inserendo relictum c.* b) fredericis, s *delet. c.* c) *seq.* nati | *delet.* d) *sic codices* 2[b] *et primo* 1 *Sicardi;* principes *Sic.* e) *sic codex* 2[b] *Sicardi;* asciverunt *Sic.* f) *nota lectionem codicis* 1 *Sicardi.* g) *seq.* eius *delet. c.* h) *sic c.* i) galcensis *corr.* galbensis *c., ut videtur, ubi tamen et* gabbensis *cum codice* 1 *Sicardi legi posset.* k) *littera initialis* A *minio pingenda deest; abhinc alio atramento subfusco scriptum.* l) *spatium nomini inserendo vacat in c.* m) *sic recte cum Salimbene* (alias), *cum omnes codices nostri Cronicae Sicardinae falso* alios *habeant.* n) cremoñ *c.* o) *sequitur spatium vacuum* 12 *circiter versuum.* p) A *littera initialis minio pingenda deest.* q) *spatium numero inserendo vacat in c.*

1) *Immo tertio.*

secratus in festo cathedre sancti Petri successit Celestino in sede inperante Henrico quinto inperatore, qui sedit annis XVIII, m. IIII^{or}, d. XXIII; et cessavit d. I. *Mart. Opp.*

Anno Domini M^{o}C^{o}LXXXX°VIII° fuit vir Cremonensis[a] quidam simplex, fidellis plurimum, Deo devotus, nomine Homobonus, a cuius obitu et ad cuius intercessionem Deus huic[b] multa miracula declaravit; ea propter Romam episcopus Sycardus Cremonensis[a] proficiscens domino pape Inocentio canonizationem petiit. *Sic.*

Anno Domini M^{o}CCI. Quidam Martinus nomine fuit abbas monasterii[c] sancti Laurentii[d] Cremone, qui fuit probus in augmentando bona dicti monasterii[c]. 1202.

Anno Domini M^{o}CCII. Corpus sancti Homoboni supradicti confessoris translatum fuit atque deductum ad ecclesiam maiorem Cremonensem[a] ab ecclesia sancti Egidii[1] de Cremona de mense Iunii[2] et super altare maioris ecclesie publice ostensum in festo predicti sancti Homoboni, XIII° intrante Novembr. *Iun.* *Nov. 13.*

Anno Domini M^{o}CCVI.[e] A domino Inocentio papa XII abbates Cisterciensis ordinis[f] in terra Albigensium ad predicandam fidem hereticis mituntur. De Yspania vero Didacus Oxomensis episcopus, habens secum fratrem Dominicum in comitatu, pro hereticis convertendis adiungitur; qui Dominicus ordinem Predicatorum primus instituit in[g] Tholosanis partibus, ubi pro hereticis convertendis verbo et exemplo predicabat. Deinde Inocentius papa legatos ad Philippum regem Francorum misit, ut terram Albingensium[h] invaderet et hereticos deleret; qui omnes capiens concremari fecit. Eodem vero anno beatus Francischus ordinem fratrum Minorum prope Asisinam civitatem apud Sanctam Mariam de Portiuncula[i]. *Mart. Opp.* *Iac. de Var. f. 167'.* *Mart. Opp.*

Anno Domini MCCVIII. papa Inocentius coronavit Ottonem in inperatorem Romanorum de mense Octubris. 1209. *Oct. (4).*

Iste papa quantum fuerit gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati. Fecit enim inter cetera hospitale sancti Spiritus [in Roma[k]] et renovavit ecclesiam sancti Petri[3] [et[l] renovavit ecclesiam sancti Systi]; conposuit decretales, sermones et librum de misera conditione[m] humani generis et multa allia gloriosa. Item dedit universis ecclesiis in Roma unam libram argenti pro singulis calicibus eorum[n] non habentium calices argenteos tali pacto, quod[o] eos vendere non possent. Huius pape[p] temporibus Lyvonia pro parte conversa est ad fidem. *Mart. Opp.*

a) cremon̄ *c.* b) mundo, *quod Salimbene habet, in omnibus codicibus Sicardi omissum est.* c) mon̄ *c.* d) Laureñ *c.* e) MCCVII. *Martin.* f) *seq.* Didacus oxomen̄ oxoniensis ep̄s *delet. c.* g) instituit. In *c.* h) *sic h. l. c.* i) *supple* incepit. — *In marg. manu Alberti:* Nota de ordine fratrum Minorum. k) in R. *ab Alb. in marg. suppl.* l) et — Systi *ab Alb. in marg. suppl.* m) *seq.* mondi *delet. c.* n) *sic c.;* earum *Martin.* o) *seq. littera deleta c.* p) Hic papa *corr.* Hi9 pape *c.*

1) *In qua sepultum fuit; cf. Homoboni Vita antiquior ed. cura et studio Aloisii Maini (Mutinae* 1857*) p.* 13; *Vita altera, Surius, De prob. sanct. hist. (Coloniae Agr.* 1575*) VI, p.* 297. 2) *Die Iun.* 25. *hoc factum esse dicit Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 28. 3) *Albertus scripsit primo* Petri *pro* Sixti, *postea supplevit quae in margine leguntur. Delenda igitur sunt* et renov. — Petri.

Necr. Crem. Anno Domini M°CCXI. Obiit Ghirardus Albanensis electus et apostolice sedis legatus, cuius gleba requiescit in ecclesia Cremonensi[a].

Anno Domini M°CCXII. Sanctus Francischus incepit ordinem parum domorum[b. 1].

1215. Anno Domini M°CCXV, pontificatus eius XVIII[c], *Mart. Opp.* mense Novembr. In bascilica Lateranensi, que Constantiana[d] vocabatur, celebratum est concilium generale — [et fuerunt prelati MCCXV[e]] —, pro subsidio Terre Sancte* et pro statu universalis ecclesie multa utilia statuta fuerunt ibi promulgata. In quo fuit cum patriarchis, archiepiscopis, episcopis et alliis prelatis; qui ex-

1210. comunicavit Ottonem inperatorem et cassavit et iterum cassationem, quam ante tulerat, confirmavit et ipsum hereticum prononciavit et regem Fredericum in Romanum *Mart. Opp.* inperatorem confirmavit de mense Octubr. Hic abbatis Iohachim libellum, quem contra magistrum Petrum Lonbardum con- *Sic.* posuit, dampnavit; qui abbas Ioachim fuit Apulus et abbas in *Mart. Opp. Sic.* Calabria, qui spiritum habuit prophetandi, et prophetavit de morte Henrici inperatoris et futura desolatione Syculi regni et defectu Romani inperii; quod manifestissime declaratum est. Nam regnum Sycilie multo tempore est perturbatum et inperium per[f] sisma[g] divisum. *Mart. Opp.* Dampnavit eciam et[d] Almaricum — —[2] cum suis sequácibus. Dixerat eciam, quod in caritate constitutis nullum peccatum inputabatur, unde sub tali specie pietatis omnem turpitudinem conmitebant. Huius *Iac. de Var.* tempore sancta Helizabet fuit sancta fillia regis Ungarorum, que fuit uxor lantigravii, que inter alia innumera miracula XVI mortuos suscitavit et cecum natum illuminavit, atque de eius corpore usque *Mart. Opp.* hodie oleum emanat. Tempore huius concilii consecravit ecclesiam sancte Marie Transtiberim. Deinde cum propter subventionem Terre Sancte inter Pisanos, Ianuenses et Lonbardos pacem facere intenderet, in itinere ad hoc constitutus Perisius[h] est defunctus. [Et[i]

1216. in ecclesia sancti Laurentii[k] fuit tumulatus]. Anno Domini *Iul.* *Mart. Opp.* M°CCXVI. de mense Iulii Perusii causa electionis pape cardinales severissime artati sunt.

*f. 168. *Anno[l] ab incarnatione M°C°LXXXXI°, indictione X[a], *Sic., Mart., Iac.* Henricus quintus inperator, fillius Frederici condam inperatoris, successit patri ad inperium pontificatu domini Celestini *Mart. Opp.* pape tercii, qui fuit coronatus[m] ab eodem papa eodem millesimo feria secunda post festum resurrectionis, que fuit die XV. *Got. 24, 10.* mensis Aprillis; qui inperavit annis VIII. Fuit autem elegantissima forma, laudabilis mille x, audax, largus, benivolus, pius,

*) *In marg. coaeva manu:* Hoc habetur in novella *etc., quae difficile leguntur atque nullius momenti sunt.*

a) cremon *c.* b) *lege* pauperum dominarum. c) XVII. *(ut Martin. habet) corr.* XVIII. *c.* d) *sic et Martini codex* 1 *habet.* e) *uncis inclusa in marg. suppl., signo posito iam post* nouembr.; MCCCXV *Martin.* f) *seq.* sysc *delet. c.* g) *sic c.* h) pisius *(quod et* Parisius *legi potest) c.; lege* Perusii; apud Perusium *Martin.* i) Et — tumulatus *in marg. ab Alb. suppl.* k) laur *c.* l) A *littera initialis minio pingenda deest.* m) coranatus *c.; seq.* eo *delet. c.*

1) *Cf. e. gr. Cron. XXIV ministr. gener. ord. Minorum, Analecta Franciscana III, p.* 8; *Cron. Minor, Monum. Erphesfurt. p.* 646.
2) *Quae Martinus p.* 438, *l.* 22—38. *habet omisi.*

iustus, amans veritatem, atque omnes regias virtutes habuit, quas ex etate adholescentis possemus optare; natura et litteratura super omnes coetaneos, sapientia et sensum[a] subtillitate polebat. Eodem mense inperator tradidit domino pape Tuschulanum regnum, et appostolicus tradidit Romanis, Romani vero civitatem destruxerunt et arcem, Tuschulanos excecantes et allias deformiter mutilantes[1]. Eodem autem mense inperator suprascriptus cum augusta nomine Constantia, fillia condam Rogerii regis Syculi, in Apuliam desendit[b], ut regnum, quod sibi iure successorio debebatur, optineret, quod quidam regulus invaserat; et intravit regnum Sycilie et cepit terram usque Neapolim et obsedit Neapolim per tres menses. Set augustam quidam pyrrata nomine Margarita aput Salernum capiens, eam regalem ad urbem Panormum usque deducens, honestam[c] augustam et dignissimam conservavit. Inperator vero Neapolim obsidens, pene suis omnibus pestilenti morte perhemptis, vix in Alamaniam reversus est. Eodem anno die VII° Iulii[2] fuit infortunium, quod malamort a Cremonensibus[d] appellatur, eo quod apud Civitatem Pergamensium castrum contra Brixienses cum Pergamensibus congregati, divino iudicio in se ruentes aut in Oleo precipitantes[e], allii capti, multique mortui sunt. Set captos inperator e carcere liberavit. Eodem anno inperator Cremonensibus Cremam concessit et privillegio confirmavit[f]. Eodem anno rex Francie et rex Anglie, cum marre transissent, Acharonem ab infidelibus[g] occupatam et diu a Christianis obsessam viriliter pugnando ceperunt. Posteaque rex Anglie cum Salatino pugnavit et Ascalonem destruxit; qui quoque, cum marre transiret, in Sycilia quasdam civitates in deditione receperat et insulam Cipri triumphaliter obtinuerat, naves et Salatini submerserat plenas serpentibus internitioni Christianorum nequiter deputatis. Eodem quoque anno Conradus marchio Montisferetri[b] ab Axasinis occisus est, vir millitaris et in re millitari peritus, cautus, strenuus, fortis et audax, superbi[b] magnanimus et devotus humilibus.

Got. *Mart. Opp.* *Sic.* *Mart. Opp.* *Sic.* *Mart. Opp.* *Sic.* 1191. *Iul. 7.*

Anno Domini M°CLXXXXII. Inperator regem Anglie, deultra marre redeuntem, a duce Austrie captum detinuit in custodia, eo quod contra eum presumpsisse videretur quedam in regno Sycilie et necem Conradi marchionis credebatur nequiter fuisse machinatus.

Anno Domini M°C°LXXXXIIII°[r]. Inperator in Ytaliam rediit et ad inferiora descendens Apuliam, Calabriam et Syciliam subiugavit, et omnia potenter optinens, bona terre in Alamaniam thesaurosque regni portavit, Margaritum excecans, ipsum et quos voluit captivavit et Tancretum filium Tancreti regis Syculi cum matre sua Margarita et regem Empyretarum[3] secum in Alamania duxit captivos. *Mart. Opp.*

*Eodem tempore[h] origo domus domini Ezelini de Romano, qui fuit maximus tyrampnus et dominus Lon- *f. 168c.*

a) *lege* sensuum. b) *sic c.* c) honestate augusta dignissima *Sic.*; *sed* honesta *omnes codices Sicardi.* d) cremon̄ *c.* e) p̄cipitantes *c.* f) *in marg.:* De Crema. g) ab infid. *bis scriptum c.* h) *seq.* du *delet. c.*

1) *Eadem vide iam supra p.* 42. 2) *Ex Ann. Cremon. deperditis Albertus assumpsit hunc diem, quamvis in nostris Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 8, *non legatur.* 3) *Is est, quem modo Alb. Sicardum secutus dixit Margaritum, qui fuit dux Duratii (Epirotarum), cuius nomen in Cronica Gilbertina lectum Martinus ille miserrimus scriptorum in nomen reginae Siciliae* Margaritae *corrupit, quae re vera Sibyllae nomen habebat.*

bardie, pululavit hoc modo, videlicet prout habetur in
Rolandin. I, 1. Cronicis marchie Tarvisine. Quod inter ceteras domos claras et excellentes nobillium, que fuerunt et sunt in ipsa marchia Tarvisina, quatuor claruerunt, videlicet una Extensis, altera de Camino, tertia de Romano, quarta de Campo Sancti Petri, qualiter autem he due ultime domus, scilicet de Romano et de Campo Sancti Petri, primitus certaverunt, affines et sibi attinentes ad invicem proxima linea parentelle. Nam dominus Ezelinus primus, qui dictus est Balbus, fillius primi Ezelini de Honoria, primo filliam habuit unicam nomine Cunizam, secundo fillium habuit nomine Ezelinum, qui factus fuit monacus in ultimo vite sue. Soror igitur Ezelini secundi tradita est solempniter in uxorem domino Tysolino primo de Campo Sancti Petri, et ex ea nati sunt primo Gerardus, secundo Tiso novellus, viri nobiles et potentes. Contingit autem hoc tempore et temporibus procedentibus in partibus Paduanis, nominatim in villa de Albano[a] esse nobillem quendam nomine Manfredum Ricum, qui erat altus et potens et ditissimus pre ceteris Marchie in montibus et in plano. Hic filliam habuit unicam nomine Ceciliam; quo defuncto cum puella quasi solitaria remansisset, et ad eam amodo videretur paterna hereditas esse devoluta, foretque eius mater iam nupta cuidam nobilli — unde postea prodiit proles de Maltraversiis in Padua —. Quidam autem Spinadellus[b] de Sandrico de familia sive de maxenada dicte puelle accessit ad dictum dominum[c] Tysolinum de Campo Sancti Petri, cuius maior fillius Gherardus pulcer iuvenis sine uxore ducebat honorifice vitam suam, tractans idem Spinabellus dictam dominam[c] Ceciliam dicto iuveni tradere in uxorem. Volebat tamen ex servicio habere a dicto domino[c] Tysolino libras quinquaginta imperi[alium]. Dominus autem Tysolinus dixit super hiis velle habere conscilium ab amicis suis, qui omnia hec naravit domino Ezelino Balbo, quem habebat amicum et dominum pre ceteris kariorem. Ipse vero datis verbis congrue responsionis genero cogitavit ex illa hora, quod tale matrimonium conveniens esset pro fillio suo Ezelino secundo, qui quamvis habuerat duas uxores in sua pueritia, scilicet primam dominam[c] Agnetem, sororem domini Azonis primi marchionis Estensis, secundam autem[d] domini Delesmanini[e] de Padua, a qua solutus erat celebrato[f] divortio solempniter, tamen adhuc iuvenis. Sperabat enim Ezelinus per talem matrimonium[g] habere dominium in partibus Paduanis. Protinus Ezelinus predictus misit nuncium ad Spinabellum predictum et datis sibi centum libris in continenti taliter fecit, quod matrimonium contractum fuit inter Ezelinum secundum et dictam Ceciliam, et incontinenti ducta est Baxanum, ubi fuerunt sponsalia celebrata; de qua genuit unicam filliam dominam Agnetem, matrem postmodum
ib. I, 2. domini Asedisii[h] de Guidotis; de quo matrimonio[i] dicte domine[k] Cecilie orta est maxima discordia inter Ezelinum de Romano et illos de Campo Sancti Petri, subrepto sibi tanto matrimonio fraudulenter. Contingit autem una vice predictam dominam Ceciliam desendere ad partes Paduanas causa spaciandi, quia habebat ibi multas posessiones et nobilles de maxenada. Intelligens autem hoc Ghirardus predictus de Campo Sancti

a) Abbano *Rolandin.* b) *sic h. l. c., lege* Spinabellus *ut infra l.* 25. 39. c) .d. *c.* d) *supple* sororem. e) Dalesm. *Roland.* f) *seq.* diu'cio *deletum c.* g) nurum *Roland.* h) Ansedisii *Roland.* i) *seq.* primo *delet.* k) *seq.* eci (?) *delet.*

Petri cogitavit eam aripere, et eiusdem domine nepos accessit ad dictam dominam Ceciliam, suam amitam, cum qua incestum solacium habuit *et indebite desiderium suum conplevit; ex hac ergo sintilla offensionis crevit flama et ignis ardens. Unde hodie tota Marchia subiecta guerre destructioni subiacet et ruine. Inter fratres, proximos, cives et convicinos seminata est zinzania[a], hodia, dolositates, rixe, fraudes, versutie, rapine, deceptiones et simultates, mortes et ruine et inimicitie capitales. Sane dicta domina Cecilia reversa Baxanum omnia queque sibi fecerat Guirardus[b] predictus Ezelino marito suo propalavit. Et ecce siquidem causa guerre; pro quo delicto celebratum fuit divorcium inter dictum Ezelinum et uxorem eius, et tradita fuit in uxorem domino Dulcemanino[c]. Procedente tempore decessit dominus Ezelinus Balbus. Ezelinus secundus, eius fillius, providit in factis suis et accepit in uxorem dominam Aledeytam, sororem comitum de Mangono, qui eciam comites Rabiosi nominantur; de qua genuit dominam Palmam novellam, que postea fuit uxor domini Alberti de Paone[d], Paduani civis. Secundo genuit dominam Iuniam, que fuit uxor domini Alberti comitis Vicentini. Tertio de ea genuit dominam Sophiam, que fuit uxor domini Henrici de Ygna, et eo mortuo nupsit postea domino Salinguerre de Ferraria. Quarto de ea genuit dominum Ezelinum tertium, et natus est anno Domini M°CLXXXXIIII°r die VI° exeunte Aprilli circa meridiem. Quinto genuit Albricum. Sexto genuit dominam Cunizam, que fuit uxor comitis Rizardi de Sancto Bonifatio; et sic multos fillios et fillias de dicta domina genuit, et sic natus est dominus Ezelinus de Rumano[b]. Tempore procedente, licet dominus Ezelinus esset in honore magno, tamen non fuit inmemor iniurie sibi illate per Ghirardum de Campo Sancti Petri, nepotem suum de dicta domina Cecilia, condam uxore sua, cogitavit, qualiter posset facere ultionem. Tegens igitur alta mente indignationem et iram, quam animo conceperat aroganti, adiunxit sibi, licet per amorem illicitum, dominam Mariam de Campreto, consanguineam illorum de Campo Sancti Petri, set ex altera parentella; que domina habebat ius in curia de Campreto. Hanc dominam tamquam pro uxore in quodam castro[e], ita quod ex ea genuit dominam Aledaxiam, et pro ista fillia dominus Ezelinus pretendebat habere ius in dicta curia de Campreto; questio insurrexit inter dominum Ezelinum et illos de Campo Sancti Petri, utpote quia pater pro fillia voluit possidere Campretum. Hiis ergo duabus domibus amicos suos undique congregantibus, hinc inde castrametati sunt utraque parte in confiniis de Campreto, et nisi oratione episcopi Ghirardi civitatis Padue, qui eos concordaverunt, devenissent ad pugnam. Stetitque Marchia aliquot annis in bona pace.

Rolandin. f. 169.

ib. I, 3.

ib. I, 3.
ib. I, 4.

ib. I, 6.

Anno Domini M°CLXXXXVII. Castrum Iovis-alte a primo lapide ab episcopo Sycardo Cremonensi[f] inchoatum est ad honorem et utilitatem palatii Cremone et feliciter a dicto domino episcopo consumatum est. Eodem anno reversus est inperator Henricus in Ytaliam, deinde ad partes Sycilie

Sic.

a) *sic c.* b) *sic h. l. c.* c) *sic h. l. c., lege* Dalesmanino. d) Baone *Roland.* e) *supple* tenebat. f) cremõ *c.*

Mart. Opp. Sic. descendens Pandelborne[1] mortuus et sepultus est, de qua morte abbas Ioachim, quem[a] supra in capitulo pape Inocencii *Iac. de Var.* tercii scriptus est[2], prophetavit. Eo tempore tante pluvie cum *f. 169r.* tonitruis et fulminibus et tempestatibus facte sunt, quantas *nulla meminit etas. Lapides enim ad quantitatem ovorum quadranguli mixti cum pluvia de celo cadentes arbores, vineas et segetes destruxerunt et multos homines occiderunt. Corvi quoque et quam plures aves per aera in hac tempestate[b] volantes visi sunt carbones vivos in rostro portare et domos incendere. Contra[c] ecclesiam Romanam super[d] tyrampnidem quame exercuit Henricus inperator contra ecclesiam Romanam, et ideo eo mortuo Inocentius papa tercius, ne frater eius Philipus promoveretur, se opposuit et Ottoni fillio ducis Saxonie adhesit et eum Aquisgrani in regem Alamanie coronari fecit.

Sic. Anno Domini M°CLXXXXVIII. facta est in regno de inperatoris electione seditio. Nam inperator Henricus pupillum nomine .....[f] de augusta relinquens, qui a principibus electionem obtinuerat, etiamve pupillo fecerant fidelitatem. Seditio tamen est inter Philipum fillium Frederici condam inperatoris et Ottonem fillium *Sic.* Henrici ducis Saxonie[3] ad inperium inspirantes[g]. In Alamania quoque concertant, et uterque a principibus electus est. *Mart. Opp.* Una pars quoque elegit Ottonem predictum, allia Philipum *Sic.* predictum. Set Inocentius papa tercius defensor pupilli erat et adiutor iuris ecclesie adversus quendam Machoardum[a], qui se quoque pupilli iura tueri fatebatur, nescitur quo spiritu, utroque gladio dimicans eum viribus debillitavit. Set tamen adhuc Apulia, Calabria et Scicilia vario voto vacillant. In Alamania quoque varietas est votorum, set concertantium nec equa iusticia nec equa potestas. Interea, dum hec concertatio a principibus fit de duobus unum eligere ad inperium, infrascripta provenerunt:

Sic. Anno Domini M°CLXXXXVIIII°r. Mediolanenses[h] et Placentini venerunt ad Burgum Sancti Donini et postmodum ad Castrum-novum in faucibus Adue in suam iacturam reversi sunt. Set Veronenses Mantuanos disconfecerunt, ex eis innumeram multitudinem captivantes. Anno Domini M°CC° Mediolanenses[h] et Brixienses[i] obsederunt castrum Soncini, *set evanuerunt in* superbia sua. Nam Papienses[k] disconfecerunt Mediolanensium exercitum ad Rosatum, et Cremonenses Placentinos

1200. ad Sanctum Andream iuxta Bussetum et plusquam MCC secum *cf. A. Crem.* captivos Cremonam duxerunt[4]. Eodem anno de mense

a) *sic c.* b) *seq.* uolu *delet. c.* c) incendere contra *sine ulla distinctione c.* d) *lege* semper. e) *dele* quam. f) *spatium nomini inserendo vacat in c.* g) *cf. lectionem codicis 1 Sicardi p. 175, n. q.* h) Mediolan *c.* i) Brixien *c.* k) papien *c.*

1) Panormi *Martin.* 2) *P. 44. et iam supra p. 28.* 3) *Haec* (condam — Saxonie) *Albertus recte supplevit ex cronica parva ab eo exscripta, ex qua Ottonem imperatorem filium Heinrici ducis fuisse cognovisse videtur, quod ex Cronicis Sicardi, Iacobi, Martini discere non potuit, qui omnes eum docuerunt inter Philippum et Ottonem de imperio concertatum esse. Cum omnes codices nostri Cronicae Sicardinae lacunam habeant, constat Albertum haec minime in codice suo huius Cronicae legisse.* 4) *Hoc etiam ex Ann. Cremon. exscriptum esse patet, quod in nostris, SS. XXXI, p. 10, non legitur; quibuscum sequentia conveniunt.*

Septembr.[a] Cremonenses[b] Brixienses apud Quinzanum devincerunt[c] et multos ex eis captivos Cremonam duxerunt; transactis quoque quatuor diebus equitaverunt in episcopatu Placentinorum ad castrum Sancti Laurentii[d] et ad Castrum-Arquadrum, et incepto iam bello inter Placentinos[e] et Parmenses, fugatis etiam Parmensibus et devictis et multis ex eis captis a Placentinis, una porta Cremone, que dicitur porta Pertusii, Placentinos agressa eos devicerunt, et recuperatis quos ceperant[1] de Parmensibus, multos ex Placentinis ceperunt[2]. Eodem etiam anno facta est inter[f] Cremonenses[g] et Mantuanos, inter quos diu seditio fuit, pax et concordia et obsequiorum in vinculo pacis vicissitudo. Set inter millites Brixienses et plebem, quam Bruzelam appelamus, civillis discordia[h] est et eis utrique[i] plurimum dampnosa. Nam teste Domino *omne regnum in se ipsum *divisum *f. 170.
desolabitur, et domus supra domum cadet; et Burzellam[k] quippe domum[l] millitum dissipavit. Millites vero cum Cremonensibus[g] confederati sunt et plebeios, quibus comes Narisius preerat, artaverunt. Romani quoque Biturviensesm in forti gladio subiugaverunt. Anno Domini M°CCI. Cremonenses cum Brixiensibus Bruçelam Brixiensium captivarunt eorumque currum in forum seu in platea Cremone deduxerunt, et hoc fuit in vigilia sancti Laurentii[d] iuxta Calcinatum[3]. Proinde facta est pax inter Cremonenses[g] et Pergamenses[n] comuniter et Brixienses[o], inter quos fuerat tam grandis seditio, quod nec gladio parcerent nec incendio. Sicut enim multa malla oriuntur ex bonis iniciis, sic Deus ex mallo elicit aliquando bonum. Eodem anno Mediolanenses[p] ceperunt castrum Papiensium[q] nomine Vegnevalle et destruxerunt Urscasalem in diocesi Cremonensi[g]. Eodem anno Cremonenses[g] equitaverunt[r] in servicio Mantuanorum contra Veronenses, et in campo apud Marmirolum utraque parte sub armis manente Veronenses iuraverunt stare preceptis Cremonensium[g], concordia facienda inter ipsos et Mantuanos, die XIII° intrante Iunio. Eodem anno Placentini diruerunt Cremonensium[g] turrim Sancti Andree ultra Padum[4]. Eodem anno Cremonenses[s] pugnaverunt cum Brixiensibus apud Gavardum in montibus

1200. *Sept.* (14). *Sept.* (18). *Sic.* *cf. A. Crem.* *Iun.* 13. (*Iun.* 15).

1201. *Aug.* 9. *Sic.*

a) setpbr *c.* b) cremoñ cum brixieñ *c.* c) *sic c.* d) laur̃ *c.* e) placeñ *c.* f) *seq.* brixien *delet. c.* g) cremoñ *c.* h) *supple* orta. i) utrisque *Sic.* k) *sic h. l. c.*; Bruzellam *codices 2 Sicardi*; Bruzella *Sic.* l) *lege* domus. m) bituruien *c.* n) pergamen *c.* o) brixieñ *c.* p) Mediolañ *c.* q) papieñ *c.* r) eqtaurī *c.* s) cremoen *c.*

1) *Scilicet Placentini.* 2) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. Placent., SS. R. G. p.* 28. 3) *Hoc ex Ann. Cremon. deperditis etiam Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 28, *exscripsit; cf. SS. XXXI, p.* 11, *n.* 4; *Iac. Malvecius VII,* 83. *Muratori, SS. XIV, col.* 895. 4) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 29.

1201. *Iul.* 31. die ultimo Iullii[1]. Eodem anno cives Constantinopolitani, *Sic. cod.* 1. Alexium tyrampnum habentes exosum, quendam Iohanem coronarunt. Set ab eisdem in palatio destitutus est. Unde et nocte proxima a Varangis Alexii occissus est. In quo conflictu puer Ysachi de carcere *Mart. Opp.* liberatur. Eodem anno, sicut a plurisque[a] traditur, Tartarorum dominium initium habuit[b]. Hii enim sub montibus Indie in regione dicta Tartara constituti, dominum suum Indie David nomine, fillium Iohannis presbiteri, occidentes, ad depopulationem alliarum terrarum processerunt.

Sic. Anno Domini M°CCII. Inter Cremonenses[c] et Placentinos pacis federa conponuntur; quo anno quasi iubileo fere in tota Lonbardia treuge vinculantur in lustro. In quo lustro maximus fuit motus peregrinorum euntium ultra marre. Inter quos fuerunt precipui: Balduinus comes Flandensis, Lodovicus comes[d] Blessensis et Bonifacius marchio Montisferrati; qui omnes apud Venetias congregati cum Venetis apude Zadram municipium Venetis nimis infestum destruxerunt. Interea puer Alexius, fillius inperatoris Ysachi, Constantinopolitanus de carcere liberatus Filipum cognatum, regem Alamanie, adiit, supplicans sibi auxilium inpertiri. Anno Domini M°CCIII°. Dux Venetum ceterique barones adholescentem Alexium unanimiter assumentes ad Illiricum pervenerunt. Interea[f] Venetos ceterosque Latinos Constantinopolim morantes Grecorum et Maranchorum[a] desevit atrocitas, eos inpugnans et occidens. Cumque cives ammoniti legiptimum[g] dominum recipere recusantes[h], irruentes Latini viriliter urbem ipsam ceperunt et palatium obsederunt et conprehenderunt. Demum capta urbe et depopulata et ex magna parte conbusta tyrampnus aufugit. Isachus restituitur, et Alexius adholescens *f. 170°. in mense Iullio in ecclesia[i] sancte *Sophie magnifice coronatur. Postea cum Greci Latinos publice[k] iniuriis multis affligerent et privatim occiderent, Latini urbem conbusserunt et predam maximam exportaverunt. Ad hec cum tyrampnus in Andrinopolim se recepisset, inperator Alexius adholescens collecto exercitu cum baronibus eum fugavit et Traciam sibi subiugavit. Set cum peregrinis[l] magnis remunerandi promissis benefficiorum[m] ingratus instaret, clam et palam benefficiis[n] adversatur. Igitur cum[o] inter Latinos et Grecos zinzaniis[a] seminatis Greci, habentes inperatorem exosum, quendam Constantinum inperatorem faciunt, populus autem Alexium Murzifluum coronavit. In qua contentione prepotens fuit Alexius Murzufluus. Alexius vero adholescens, cum vix septem mensibus regnasset, suffocatur. Isachus vero pater eius moritur. Alexius Murzufluus tyrapnus[a] a peregrinis de solutione repentitus[p] solvere deficeret[q]. Quapropter Veneti paritter et peregrini unanimiter agrediunt[a], universam regionem in circuitu depopulant[a] et Murzufluum, dum die quadam in nemorosis lateret insidiis, infugant[r], fratrem eius et vexilum

a) *sic c.* b) Initium Tartarorum dominii *in marg.* c) cremon̄ *c.* d) *seq.* bleben *delet.* e) apud *delendum.* f) *supple* in. g) legitpimū *c.* h) *lege* recusarent. i) ea' *c.* k) pubbice *(corr.* publice*) c.* l) peregrini *Sic.* m) *nota lectionem codicis* 1 *Sicardi;* instarent, benef. ingr. *Sic.* n) *sic cum omnibus codd. Cronicae Sicardinae.* o) inter eum et Lat. *Sic.* p) *lege* impetitus. q) *lege* diffitetur. r) *lege* effugant.

1) *Locum a Campo ex iisdem Ann. Cremon. deperditis exscriptum vide SS. XXXI, p.* 11, *n.* 4; *cf. Iac. Malvecius VII,* 82, *l. l., ubi hoc proelium* mense Ianuarii *commissum esse dicitur.*

et yconam regiam capientes. Anno Domini M°CCIIII°r. Veneti 1204.
et Francigeni cum aliquibus baronibus urbem Constantinopolim *Sic.*
ceperunt de mense Aprilli[1]. Similiter soldanus Sarraceno- *Apr.*
rum cum innumerabili multitudine[a] contra Yspanos confussus ad *Mart. Opp.*
patriam suam reddiit. Murzufluus Alexius, qui se inperatorem *Sic.*
putabat, fugit de urbe. Alter quidam faciusb ascaronibus eligitur.
Set veniente luce a Latinis Balacherna[c] et Buchaleonum palatia occu-
pantur. Quid plura?[d] Grecorum strage data multorum gens Latinorum
urbem Constantinopolim in mense Aprilli victoriose optinuit. Et
eodem anno ultra M de hominibus Cremonensibus[e]
iverunt Constantinopolim causa terram retinendi[2]. Ad *Sic.*
hec barones Baldoynum comitem Flandrie in inperatorem diademate
coronarunt; cuius captionem etiam post multos dies plurique[e] in- *Mart. Opp.*
cole civitatum ut[f] credebant tam propter civitatis fortitudinem, tum
propter antiquam prophetiam. Prophanatum[g] siquidem erat, quod
debebat capi per angelum, et ita eam posse capi per hominem non
credebant. Set hostibus per murrum, ubi angelus pictus erat, civitatem
intrantibus se deceptos incole[h] per equivocacionem angeli cognoverunt[3].
Venetis[i] conniventibus[k] inperium sortientes. Nam quarta cessit in- *Sic.*
peratorie maiestati, trium quartarum medietas Venetis cessit, cetera
peregrinis. Marchio vero Bonifacius Montisferati optinuit Tesa-
lonicam. Murzufluus autem Alexius[l] tirampnus adiens et intendens
eum aliquo modo posse seducere. Set lumine privatus est, re-
diensque in urbem a Latinis misericordiam inpetravit. Set rursus
cum prodicionis moliretur insidias facere, de columpna Tauri per
sententiam precipitatus est. Ascharo quoque trans Lepontem[m] fugato
Latini victores fere totam monarchiam tenebant. Eodem quo-
que anno Greci quasi excitati Latinis expulsis se in Andrinopolim re-
ceperunt.

*Set anno Domini M°CCV. Baldoynus inperator Constantino- *f.* 171.
politanus Grecos in Andrinopolim[n] congregatos obsedit. Set a Blacis[o]
forinsecis et congregatis Cumanis ipse inperator cum quibusdam
baronibus suis captus est et occisus; exercitus autem illesus reversus
est Constantinopolim, cui prefuit Henricus frater inperatoris, duce
Venetie iam mortuo. Marchio quoque Bonifacius Montisferrati
in Thesalonica a Grecis et Blacis multa passus est. Fuit hoc anno
Grecis blanda, Latinis adversa fortuna. Anno Domini M°CCVI.
In orientali et in occidentali inperio et apud Antyochiam ex predictis
causis inter predictos certanturp illustres. Eodem anno 1206.
palatium comunis Cremone fuit inceptum[4]. Anno

a) e *e corr.; supple* veniens. b) *lege* quidam Ascari a civibus fatuis. c) *sic c.* d) *neque interrogationis neque aliud distinctionis signum hoc loco positum est in c.* e) cremon *c.* f) *lege* civitatis non. g) *lege* Prophetizatum. h) in tele *c.* i) *lege* votis; *ante hoc verbum nullum distinctionis signum in c.* k) *cf. SS. XXXI, p.* 178, *n.* k. l) *lege* Alexium tirampnum. m) *lege* Elespontum. n) *seq. g delet.* o) Sȝ ablatis *c.; cf. SS. XXXI, p.* 179, *n.* 0. p) *lege* certatur.

1) *Locus Annalium Cremonensium deperditorum cum loco Sicardi coniunctus est. Ann. Cremon. enim qui exstant, SS. XXXI, p.* 11, *habent:* Francieni et Veniciani ceperunt Constantinopolum de mense Aprilis *etc.* 2) *Cf. Ann. Cremon. p.* 11. 3) *Loco Martini nimis inepte inserto locus Sicardi dissectus est.* 4) *Cf. Ann. Cremon. p.* 11.

Sic. Domini M°CCVII. Bonifacius marchio predictus occiditur in prelio, duos fillios relinquens, scilicet Gullielmum in Ytalia et Demetrium
1208. apud Thesalonicam successores. Eodem anno[1] Cremonenses[a]
Maio. ceperunt Pontevicum de mense Madii.

Roland. I, 9. Eodem anno dominus Azo Estensis marchio factus est potestas civitatis Verone; de cuius honore condolens dominus Ezelinus de Romano secundus, non inmemor, quod idem marchio fuit sibi contrarius in facto Campreti supradicti[2], congregatis amicis de Verona, Vicentia et undecumque potuit aliunde, in castro Montedi[b] Vincentini districtus ibi habuit magnum guarnimentum; et sic factus est insultus ex inproviso maximus in Verona contra marchionem et contra omnes faventes ei, et ita demum est expulsus dominus[c] marchio de potestaria Verone. Tunc Salinguerra de Ferraria factus est cum domino Ezelino manifestus amicus, qui usque nunc[d] videbatur alicui parti favere. Recessit ergo marchio de Verona et ivit ad Abachiam[e], et facta ibi magna congregatione de suis amicis de Lonbardia, Marchia et Romandiola et aliunde sapienter, statim sequenti anno, scilicet in M°CCVIII, gentem suam Verone conduxit in Bragidam, et ibi viriliter inimici cum inimicis certaverunt. Demum post sanguinis efussionem millitum, peditum et equorum, post consternationem plurium stetit marchio victor in campo, turres habuit et domos bellicossus[f] per civitatem; ipsum quoque Ezelinum tunc habuit captum et detentum, quem curialiter et honeste tractavit et eum honoravit. Fecitque fieri honorem illi per millites et dominas, qui vel que fuerunt in Verona. Demum dominum Ezelinum ipsum marchio millitibus honorifice sociatum decenter conduci fecit Baxani, qui millites maximum honorem[g] habuerunt a dominis et dominabus et millitibus Baxani; reverssi igitur millites marchionis ad ipsum, quem iam tota Marchia cum summa reverencia laudans magnis preconiis excolebat; tunc ipsius fama celebris excolebat[h] usque Romam, ita quod ipsa sedes sancta appostolica dignitate nova ipsum marchionem voluit preditare[i] et ei gratiam est[k] largita, scilicet ut ipse cum omnibus suis successoribus ab hoc tempore in antea Estensis et Ancone marchio appelletur in statu delectabili et iocundo.

ib. I, 10.

Sic. Anno Domini supradicto, scilicet M°CCVIII. Sopita est seditio
**f. 171v.* regum de occidentis inperio concertantium. *Nam Filippo in talamo
Mart. Opp. Sic. occiso nequiter a falsogravio, et sic Otto optinuit; de quo Filippo quidam previderat visionem sic dicentem, futura hiis versibus prophetantem:

Sufflu da terre, rex Otto, xer errat Adoffus[l].
Xer[m] *dolor Otto tibi, suspice finit ibi.*

Mart. Opp. Fuerat enim Inocencius[n] papa, qui eodem anno Cellestino in papatu successerat, Filippo adversarius propter fratrem suum Henricum inperatorem, qui contra Christianam relligionem in regno Scicilie archiepiscopos et episcopos trucidaverat et contra Romanam ecclesiam semper tyrampnidem exercuerat, propter quod ipsum et eius omnes

a) cremoñ *c.* b) Monticli *Rolandin.* c) .d. *c.* d) *supple* non. e) Abathiam *Rolandin.* f) *lege* bellicosas. g) *seq.* fecerunt *delet.* h) *pro hoc verbo perperam repetito lege* pervenit. i) predotare *Rolandin.* k) est *bis scriptum.* l) *sic c.* m) *sic c. pro* Xer. n) Incencius *c.*

1) *Anno* 1208. *potius, ad quem annum haec Ann. Cremon. p.* 12. *recte habent; cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 34. 2) *P.* 46 *sq.*

fautores excomunicaverat. Ottoni vero duci Saxonie viriliter adhesit. *Mart. Opp.*
Eodem quoque anno Cremonenses[a] obsederunt et vastaverunt Castionum[b] de Striveriis Brixiensis diocesis[c] iuxta Dexençanum et lacum Guarde de mense Aprilli[d. 1]. 1209. *Apr.*
Anno[e] ab incarnatione Domini M°CCVIII, indictione . . .[f], Otto fillius Henrici ducis de Saxonia[2] pupillus[3] successit Henrico inperatori ad inperium, pontificatu domini Inocentii pape tercii, qui, licet sibi anni non attribuuntur, tamen scribendo usque ad cassationem inperii inperavit annis . . .[f], postquam hinc inde per barones Alamanie per aliquot annos inperium concertatum esset, quia una pars elegerat Ottonem predictum, alia pars elegerat Philippum[4] fillium[g] inperatoris Frederici. Set nequiter Philippo interfecto Otto predictus dux coronatus fuit ab Inocentio papa predicto Rome in ecclesia sancti Petri. Hic accepta corona statim habuit pugnam cum Romanis et erexit se contra sanctam matrem ecclesiam et contra patrem suum coronatorem. Ideo propter illud maleficium anni[h] non attribuuntur. *Mart. Opp.* *Sic.* *Mart. Opp.* *Sic.* *Mart. Opp.*
Anno Domini M°CCVIIII^or.[5]. Civille sturmum sive bellum fuit in Cremona inter Matheum de Coregio potestatem comunis Cremone et millites et pedites civitatis veteris ex una parte et[i] Gullielmum[k] Mastalium potestatem civitatis nove Cremone et millites et pedites civitatis nove ex allia apud ecclesiam sancti Egidii XII. intrante Martio; et tunc turis de Mastaleis traxit contra comune Cremone pro illis[l] de civitate nova; et eo tempore Gullielmus potestas civitatis nove faciebat rationes, contiones[m] et conscilia apud Sanctam Agatham, et ille Matheus potestas civitatis veteris apud ecclesiam maiorem et palatium comunis Cremone. Nam uterque[n] se potestas[o] comunis appellabat. Sequenti die dominico dictus Gullielmus venit in publica contione in platea maioris ecclesie et ibi publice precepta suprascripti Mathei potestatis civitatis veteris iuravit, et hec de voluntate et iussu domini Sichardi episcopi Cremone, in quo ambo se conpromiserant 1210. *Mart. 12.* *Mart. 14.*

a) cremon *c.* b) Cationu *corr.* Castionu *c.* c) brixien dioc *c.* d) *reliqua pars maior paginae* 171. *versae vacat.* e) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* f) *spatium numero inserendo vacat.* g) *seq.* henrici *delet.* h) *supple* sibi *ex Martini Cron.; cf. supra l.* 8. i) Et *cum littera maiuscula* E *c.* k) *seq.* et *delet.* l) *seq.* diuiti *delet.* m) ꝓtoicioēs *c.* n) inter *c.* o) *sic c.*

1) *Haec ex Ann. Cremon. deperditis exscripta alibi non relata sunt. Anno* 1209, *non a.* 1208, *hoc factum esse demonstravi SS. XXXI, p.* 45, *n.* 5. 2) *Cf. supra p.* 48, *n.* 3. 3) *Pupillum dicit Sicardus Fridericum II; cf. supra p.* 48, *infra p.* 54, *l.* 17. 4) *Haec Albertus iam supra p.* 48, *l.* 21. *p.* 52, *l.* 36 *sq. exscripsit.* 5) *A.* 1210. *secundum nostram computationem, cum Cremonenses a Mart.* 25. *exordium anni facerent. Multo brevius sequentia narrata sunt in Ann. Cremon. p.* 12.

1210. de discordia, quam inter se habebant, salvo quod Gullielmus predictus esset potestas societatis populi[1]; et hac[a] sententia non obstante anno sequenti[2] dictus Gullielmus de Mastaleis cum sua parte incepit iterum civille bellum atque sturmum cum dicto domino[b] Matheo potestate et cum millitibus et peditibus civitatis veteris
Iul. 1. die Iovis primo Kall. Iulii iusta[c] ecclesiam sancti Egidii
Iul. 3. et sequenti die sabbati iuxta ecclesiam sancti Leonardi et iuxta ecclesiam sancti Mathie et iuxta ecclesiam sancti Victoris, et in ipsis conflictibus multa homicidia militum et peditum facta fuerunt, et pluras[d] domos[d]
cf. A. Crem. civitatis nove conbuste fuerunt. Anno Domini M°CC°X°, id est anno secundo inperii sui, inperator
Maii (3—5). Mart. Opp. Otto venit Cremonam de Madio, et eodem anno contra voluntatem domini pape intravit regnum Apulie[3] ad devastandum et capiendum regnum Scicilie et ad occidendum[4] Fre-
Sic. dericum Rogerium regem Scicilie pupillum, cui preter ecclesiam non erat adiutor; et tunc Cremonenses[e] dederunt in ipso
Sic. exercitu L millites; set spe cassata rediit. Unde papa eodem anno ipsum excomunicavit. Ipse vero nichilominus papa
Roland. I, 11. Inocencius[5] marchionem Estensem[f] et Anchonitanum[g] nomine
Sic. Azonem cum exercitu misit in Apuliam; postea vero per Tusciam iter faciens quedam loca per vim, quedam per deditionem habuit.

Anno Domini M°CCXI. progrediens per Apuliam civitates et loca per deditionem usque Policornu suscepit. Dum hec agerentur,
Mart. Opp. Sic. anno quarto inperii sui principes Alamanie Fredericum[h] Rogerium
f. 172'. predictum regem Scicilie elegerunt in *inperatorem, citantes eum, ut in Alamania[i] properaret; quo audito inperator Otto festinans rediit; qui apud Laudam curiam quasi celebravit inanem. Hestensis vero marchio iam cum Papiensibus[k], Cremonensibus et Veronensibus cum[l] consensu summi pontificis fedus inierant contradictionis. Otto inperator inglorius igitur Alamaniam intravit. Eodem anno

a) hec *c.* b) .d. *c.* c) *sic h. l. c.* d) *sic c.* e) cremoeñ *c.* f) esteñ *c.* g) anchon *c.* h) *seq.* roc (?) *delet.* i) alamāia *c.* k) papien *c.* l) cum *certo legi nequit.*

1) *Vide arbitrium Sicardi episcopi datum a.* 1210. *Mart.* 11, *editum ab L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 215 *sq., nr.* 111. *Cf. SS. XXXI, p.* 47—49. 2) *A.* 1210, *Cremonensibus initium anni a Mart.* 25. *facientibus.* 3) *Haec ex Martini Cronica assumpta Albertus scripsit pro* intravit in Apuliam, *quod Ann. Cremon. habent.* 4) exheredandum *melius procul dubio Ann. Cremon. p.* 12. 5) *Immo Otto imperator. Hoc falsum Albertus procul dubio scripsit, quia in Rolandini Cronica I,* 11. *legit:* A. D. MCCXI. supradictus Azo Estensis et Anconitanus marchio de voluntate Innocencii pape III. Fredericum regem Sicilie . . . . . usque in Alemaniam sociavit, *ex quo capite* Estensem — Azonem *eum recte loco Sicardi addidisse apud me constat. Cf. etiam quae supra p.* 52, *l.* 33. 34. *ex Rolandino exscripsit.*

millicia Cremone fugavit milliciam Mediolanensium[a] in Brixiana apud Herbuscum[b], quem[c] obsidebant de Septembri[d·1]. Eodem anno civille bellum fuit in Cremona supra Basalarium, et millites et pedites civitatis veteris ceperunt burgum Sancti Pantaleonis et vicinos et guardam civitatis nove, que erat ibi, et quasdam domos conbusserunt et allias robaverunt die dominico XV. exeunte Decembri[2]; et tunc Gandolfinus de Castronovo milex Veronensis[e] erat potestas Cremone. Eodem anno populus Cremone ivit Ferrariam in servicio Azonis marchionis Estensis et fugaverunt Ugonem de Guarmaxio missum domini Otonis condam inperatoris et Salinguerram et exercitum suum, quem congregaverant de XI civitatibus[f·3]. 1211. *Sept.* *cf. A. Crem.* *Dec. 17. 18.* *(Mart. 3).*

Anno[g] Domini ab incarnatione M°CCXVI, indictione ...[h], Honorius tercius papa, natione Romanus, ex patre .....[i], qui alio nomine vocabatur .....[i], successit Innocentio tercio in papatu inperante Frederico inperatore, qui fuit electus apud Perusium et[k] sedit annis X et m. VIII, d. XXIII. Iste Honorius papa anno Domini suprascripto, pontificatus eius anno primo ordinem Predicatorum fratrum confirmavit vivente beato Dominico, natione Yspano, eiusdem inventore, procurante. Nam Inocentius papa tercius, predecessor suprascripti domini Honorii, qui durus fuit sibi in hoc facto, visione habita, quomodo beatus Dominicus Lateranensem ecclesiam cadentem humeris substentasset, confirmare voluit anno precedenti. Set morte preventus non potuit. Hic papa apud Sanctum Laurentium foris murum Petrum Altisiodorensem comitem in inperatorem Constantinopolitanum coronavit. Hic etiam ecclesiam sancti Laurentii[l] extra muros et basilicam que dicitur Sancta sanctorum renovavit. Decretales conposuit. Iste papa anno post partum virginis M°CCXVIIII°r, a passione Christi M°CLXXXVI, post mondi creationem secxies M° CCCCXVIII, ab Urbe condita bis M° DCCCCLXXI, solaris circuli quarto, in- *f. 173. Mart. Opp.* 1219.

*) *Sequitur deletum*: Hic in bascilica sancti Petri, scilicet anno Domini M°CCXX. die XIII° Decembr.[4], coronavit Fredericum regem Scicilie ad inperium Romanorum. *Mart. Opp.* *Roland. II, 1.*

a) mediolañ *c.* b) herbustum *scriptum esse videtur in c.* c) *sic c.* d) setpbri *c.* e) veron *c.* f) *reliqua pars maior paginae* 172. *versae vacat.* g) *littera initialis* A *minio inserenda deest.* h) *spatium numero inserendo vacat.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) 7 (et) *bis scriptum.* l) laur̃ *c.*

1) *Haec ex Ann. Cremon. deperditis exscripta nusquam alibi relata sunt.* 2) *Dec.* 18, *non Dec.* 17, *fuit a.* 1211. *dies dominica.* 3) *Cf. quae hac de re attuli SS. XXXI, p.* 50, *n.* 1. 4) anno — Decembr. *Albertus procul dubio ex Cronica Rolandini II,* 1. *exscripsit, cum eundem falsum diem coronationis (pro Nov.* 22) *habeat.*

1219. dictione VII[a], curente[a] primo, presidente sancte Romane ecclesie Honorio tercio huius nominis papa, regnante illustrissimo rege Frederico Romanorum, qui post Augustum fuit octuagessimus septimus, — scriptus[b] et publicatus[c] fuit liber Inocentii pape tertii[1].

Roland. II, 1. Anno Domini M°CCXX. die XIII° Decembr.[d] papa coronavit *Mart. Opp.* Fredericum inperatorem[e] Romanorum. Anno Domini M°CCXXI. dominus Homobonus[f] civitatis Cremone fuit episcopus[2], qui fuit XX[us g] in episcopatu Cremonensi[h]. Anno predicto dominus Cremosianus de Comitibus . . .[i] fuit abbas monasterii[k] sancti Laurentii[l] Cremone civi-

Mart. Opp. tatis. Hic Honorius papa Fredericum inperatorem sibi rebellem et ipsi ecclesie adversarium anathematizavit atque barones ab eius fidellitate absolvit.

1221. [Beatus[m] Dominicus migravit de hoc seculo ad Dominum miraculis choruscando anno Domini M°CCXXI].

Anno Domini M°CCXXI. beatus Franciscus ordinis

Bonav. V. Franc. c. 14, 3. 15, 5. Minorum incepit ordinem fratrum Minorum de Pennia[3]. Anno Domini M°CCXXVI. quarto[n] Nonas Octubr. obiit felliciter beatus Franciscus, ordinis Minorum[o] institutor, apud Sanctam Mariam de Portiuncula in civitate Asisii die sabbati de sero.

1226. *(Dec.)* Eodem anno facta fuit conpositio inter dominum papam Honorium predictum et Fredericum inperatorem et dictos Lonbardos coniurationis[4]; qui Lonbardi spoponderant dare inperatori IIII[C 5] millites suis expensis ultra

1227. *(Febr. 1).* mare, et inperator retractavit quod fecerat contra eos, quod ipsi Lonbardi non observaverant[p]. Et in eodem anno inperator predictus misit exercitum suum Teothonicorum ultra mare numero MVCC[C] millites[6].

a) *lege* concurrente prima. b) scriptꝰ *c.* c) publicatꝰ *c.* d) decebr *c.* e) inn peratorem *c.* f) *seq.* de *non deletum.* g) *seq.* eps *deletum.* h) cremoñ *c.* i) *spatium numero ordinis inserendo vacat.* k) moñ *c.* l) laurᵉ *c.* m) Beatus — M°CCXXI. *in marg. ab Alberto suppl., nullo signo posito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* n) quato *c.; seq.* not *deletum.* o) *seq.* dei *deletum.* p) *lege* observaverunt *ut Ann. Cremon. p.* 15, *l.* 6.

1) *Haec ex subscriptione libri quartae compilationis decretalium Innocentii III. papae descripta esse videntur, exceptis verbis* Iste papa, *quae cum sequentibus coniungi nequeunt.* 2) *Qui iam a.* 1215. *Sicardo successit.* 3) *A.* 1221. *data est regula Francisci ordini Minorum. Nescio, quid velit de Pennia (*depennia *scriptum in codice), cum non de civitate Pennensi dici videatur.* 4) *Die Ian.* 5. *a.* 1227. *datum est arbitrium papae inter imperatorem et Lombardos, Epist. saec. XIII. e reg. pont. Rom. sel. I, p.* 246 *sqq., nr.* 327—330. *Ad haec cf. Ann. Cremon. p.* 15, *qui haec in brevius contracta referunt.* 5) *Hoc verum, cum in Ann. Cremon. p.* 15. *falso dicatur* V[C]. 6) *Septingenti tantum milites stipendiarii imperatoris iam e portu profecti erant, cum imperator morbo correptus a navigio destitit sequente anno transfretaturus; Friderici II. epistola data a.* 1227. *Dec.* 6, *LL. Const. II, p.* 152, § 11; *Winkelmann, 'K. Friedrich II.' II, p.* 324.

Iste papa Honorius Rome moritur et in ecclesia sancte Marie Maioris seppelitur, et dominus Hugolinus Hostiensis episcopus in papam eligitur, vocatus Gregorius IX[us a], anno Domini M°CCXXVI. *Mart. Opp.*

*Anno[b] Domini ab incarnatione M°CCXXVI, indictione . . .[c], Gregorius nonus papa, primo vocatus Hugolinus sive Ugo de Arena episcopus Hostiensis, natione Campanus, ex patre . . . . .[d], successit Honorio tercio in papatu regnante ilustrissimo inperatore Frederico. Iste papa Gregorius apud Septisolium electus fuit die nono mensis Martii post festum beati Gregorii papee ad papatum, qui sedit annis XIIII[or]. Iste papa fuit perspicacissimi ingenii et eminentissime scientie, in utroque iure peritus. Hic canonizavit sanctam Elizabet, filliam regis Ungarie, relictam lantigravii[f] Thuringie. Anno Domini M°CCXXVIII. VII.[g] Kall. Agusti dominus papa canonizavit beatum Francischum, qui prius vocabatur proprio nomine ante conversionem Iohanes. Hic papa per fratrem Raymondum ordinis Predicatorum, cappellanum et penitentiarium suum, ex pluribus voluminibus Decretalium conpilari fecit volumen unum, mandans ubique doctoribus illo uti. *f. 173'.* *Bonav. V. Franc. c. 15, 6.* *Mart. Opp.*

Anno Domini ab incarnatione M°CCXXX. translatum est corpus beati Francischi ordinis Minorum[h. 1]. 1230. *(Maii 25).*

Anno Domini M°CCXXXI. mortuus est feliciter beatus Antonius[i] [ordinis[k] Minorum Padue, feria VI[a], die XIII[a] mensis Iunii]. 1231. *Iun. 13.*

Hic papa anno Domini M°CCXXXIIII.[l. 2] Reate canonizavit beatum Dominicum, inventorem ordinis Predicatorum et magistrum, Bononie sepultum et ibi miraculis innumeris coruscantem, a confirmatione ordinis eius anno XVIII. et a morte eius anno XI°. *Mart. Opp.* *Rolandin. IV, 9.*

Iste papa anno Domini M°CCXXXVIIII.[or m] in cena Domini fulminavit sententiam contra inperatorem Fredericum, quam allias fulminaverat dominus [Inocentius[n]] papa tercius[3], predecessor eius, pro eo quod non[o] ivit ultra marre ad pasagium cum exercitu, prout promiserat. Volens tamen[p] papa concilium cellebrare Rome artatur sic per inperatorem per marre et terram, quod duo cardinales et multi allii prelati, abbates et clerici, maxime per marre ad concilium venientes, quod[q] per fautores eius capiuntur, quod inperator tunc occuparat ex maxima parte patrimonium ecclesie, et quasi per inperatorem papa obsidebatur in Urbe. Videns etiam dominus papa Romanos per peccuniam coruptos esse, excipiens capita appostolorum Petri et Pauli, processionem a Laterano usque ad Sanctum Petrum *Mart. Opp.*

a) *seq.* 7 (et) *c.?* b) *littera initialis* A *minio inserenda deest c.* c) *spatium numero inserendo vacat.* d) *spatium nomini inserendo vacat.* e) *seq.* qui se *deletum.* f) Lantigrauii *c.* g) *lege* XVII. h) *seq.* de *deletum.* i) *seq.* p *deletum.* k) ordinis — Iunii *in marg. ab Alberto suppl.* l) M°CCXXXIII. *Alberti manu post alio atramento corr.* M°CCXXXIIII. m) M°CCXXVIIII[or] *c.* n) *nomen linea perducta deletum c., lege* Honorius. o) *seq.* ul *deletum.* p) *seq.* t *deletum.* q) *sic iterum c.*

1) *Cf. Bonaventurae Vitam Francisci c.* 15, 7. 2) MCCXXXIII. *Albertus prius, ut Martinus habet, scripserat, sed bulla canonizationis data est a.* 1234. *Iul.* 3. 13, *Potthast nr.* 9489. 3) *Cf. supra p.* 56, *l.* 12 — 14.

Mart. Opp. faciens animos Romanorum sic revocavit, ut pene omnes Romania[a] contra inperatorem cruce signarentur; quod[b] inperator, qui credebat se intraturum, audiens, timens longne[c] ab Urbe[d] recessit.

Rolandin. V, 6. Idemque Gregorius tantis[e] tribulationibus concussus Rome anno XIIII°, ab incarnatione Domini M°CCXLI. post festum[f] *Mart. Opp.* asunptionis virginis gloriose mensis [Augusti[g]] migravit ad Christum.

Rolandin. V, 6. Sciendum est, quod vacante tunc ecclesia Romana cardinales steterunt in conclavi per XL dies discordes in appostolica *Iac. de Var. c. 131.* electione, set concordare nequeuntibus Romani post eis inclussis multiplices molestias inferebant, propter quod dicti cardinales regine celi voverunt, quod, si eius meritis concordarent et liberi abire possent, octavam sue nativitatis diu neglectam celebrandam *Rolandin. V, 6.* de cetero statuerent[h], sic quod in fine mensis Octubr. eodem millesimo elegerunt cardinalem dominum[i] Zufredum Medio- *Iac. de Var.* lanensem[k], canzelarium, postea Celestinum vocaverunt, sicque liberi abierunt[l.1].

**f. 174.* *Anno[m] ab incarnatione Domini MCCLXIII[2], in- *Mart. Opp.* dictione VI[a], Urbanus IIII[us], natione Gallicus ex civitate Trecensi, ex patre .....[n], successit Alexandro pape IIII[to] inperio vacante, qui sedit annis tribus, m. I, d. IIII[or], et cessavit mensibus V. 1262. *Ian. 13.* Hic anno eius primo Idus Ian., dum esset Viterbii[3], instituit officium corporis et sanguinis domini nostri Yhesu Christi cellebrandum quinta feria post octavam pentecosten. *Mart. Opp.* Hic etiam anno eius primo duas fecit ordinationes; exercitum Sarracenorum, quem Manfredus in patrimonium ecclesie miserat, per cruce signatos fugavit. Comiti Provintie Karolo, fratri regis Francie, regnum Scicilie, ut a Manfredo detentore eius recuperaret, contulit.

Anno Domini M°CCLXIIII°r. Cometes stella tam mirabilis apparuit, qualem nullus tunc vivens ante viderat. In oriente enim cum magno fulgore surgens usque ad medium emisperii versus occidentem comam prelucidam trahebat, et licet in diversis partibus mondi forte multa significaverit, hoc tamen unum pro certo conpertum est, ut, cum plus quam tres menses duraverit, ipso quoque apparente papa Urbanus cepit infirmari et eadem nocte, qua papa expiravit, et cometa disparuit. Perusii moritur et ibidem sepellitur[o].

a) romanos *corr.* romanoi (?) *c.* b) q (qui) *c.* c) *sic c.* d) *seq.* decessit *deletum.* e) tantus *c.* f) *seq.* post in festum *deletum.* g) Aug. *om. c.* h) *in marg. manu Alberti:* nota de octava festi nat. domine nostre. i) .d. *c.* k) mediolan̄ *c.* l) *post folium* 173, *post quod novus fasciculus foliorum incipit, compluria folia excisa videntur esse.* m) *littera initialis* A *minio inserenda deest.* n) *spatium nomini inserendo vacat.* o) *maior pars paginae* 174. *rectae et p.* 174. *versa vacant.*

1) *Omissi sunt pontifices Coelestinus IV, Innocentius IV, Alexander IV, quorum historia in foliis excisis scripta fuisse videtur.* 2) *Martinus p.* 440. *Urbanum ad a.* 1261. *recte adscripsit.* 3) *Bulla de hac re data nullo anno, nullo die adnotatis tradita est, Potthast nr.* 18998, *altera de eadem re, Potthast nr.* 18999, *a.* 1264. *Aug.* 11. *data est, unde et illa hoc die data esse credebatur, sed bene notandus est hic locus, cum Urbanus IV. a.* 1262. *Ian.* 13. *Viterbii fuerit.*

*Anno[a] Domini [M°CCLXV[b], indictione VIII[a]], Clemens IIII[us], natione Provincialis de villa Sancti Egidii, ex patre .....[c], successit Urbano quarto pape vacante inperio, qui sedit annis III, m. VIIII[or], d. XXI, et cessavit annis tribus, m. II et diebus X. Hic uxorem et liberos habens primum fuit famosus advocatus et regis Francie consciliarius, deinde mortua uxore propter vitam bonam et scientiam laudabilem primo Podiensis episcopus, qui Aniciensis dicitur, et post Narbone[d] archiepiscopus, tandem Sabinensis episcopus et cardinalis efficitur, et post in Angliam propter pacis refformationem a papa Urbano quarto missus, absens a cardinalibus Perusii in papam electus, sic vigilliis, ieiuniis et orationibus ac alliis bonis operibus intentus fuit, quod multas, quas ecclesia tunc tribullationes sustinebat, Deus suis meritis creditur extinxisse. Hic papa canonizavit Viturbii[e] in ecclesia fratrum Predicatorum Edgingam[f] condam ducissam Pollonie, mire sanctitatis viduam, que inter allia conmendabillia, cum canonizatio eius per plures annos differretur, ipsa procuratori in curia Romana, super eodem negotio cum esset in tristitia, per visum apparuit ac eum de expeditione negotii et etiam de die expeditionis certificavit. Anno Domini M°CCLXV. predictus Karolus Provintie comes, qui pro recuperatione regni Scicilie per Urbanum papam IIII[m] vocatus fuerat, Romam, ubi tunc in senatorem electus fuerat, navigio venit. Deinde Apuliam intrans bello campestri habito predictum Manfredum, filium naturalem Frederici inperatoris, regno et vita privavit. Anno Domini M°CCLXVI. quam plurima multitudo Sarracenorum ex Affrica per angustum mare transiens in Yspanias et adiuncti sunt Sarracenis[g] in Yspania, magnam plagam in Christianos exercuerunt, intendentes, quam olim perdiderant, recuperare Yspaniam. Set illarum partium aduniti Christiani et crucesignatorum ex diversis partibus[h] adiuti, licet cum multo Christianorum dampno, de Sarracenis triumphaverunt. Anno Domini M°CCLXVII. Soldanus Babilonie Armenia vastata Anthiochiam, unam de famosioribus civitatibus orbis, cepit et tam viris quam mulieribus occissis et captis ipsam in solitudinem redegit. Eodem anno civitatis Cremonensis[i] quidam nomine Cazacomes de .....[c] fuit episcopus[k. 1]. Anno Domini M°CCLXVIII. Coradinus olim nepos Frederici inperatoris parvipendens domini pape excomunicationem contra Karolum, quem ecclesia regem Scicilie fecerat, insurgens ad Theotonicos, quos *habuit, quam pluribus Lonbardis et Tuscis adiunctis pervenit usque Romam; ubi cum inperiale[e] more sollempniter receptus fuisset, asociato sibi senatore Urbis domino Henrico, fratre regis Castelle, et quam plurimis Romanis contra regem[l] Karolum Apuliam intravit, et[2] plurique[m] factum regis

*f. 175 CLII. Mart. Opp.

Mart. Opp.

*f. 175'.

a) *folia* 175—180. *Alberti manu numeris* CLII—CLVII. *signata sunt, qui numeri sunt primae recensionis brevioris huius libri. Horum foliorum litterae initiales minio pictae, multae aliae minio illuminatae sunt.* b) M°CCLXV. ind. VIII[a] *post ab Alberto in spatio vacuo relicto alio atramento suppl.* c) *spatium nomini inserendo vacat.* d) *seq.* ep̄s *delet.* e) *sic c.* f) Edwigam *Martin.* g) Sarracenis *Martin.* h) *supple* auxilio. i) Cremon̄ *c.; seq.* ep̄s *delet.* k) *in marg. manu Alberti:* Nota de XXIII° episcopo Cremon. l) *seq.* appulie *delet.* m) *sic c.;* plerique *Martin.*

1) *Qui iam a.* 1260. *episcopus creatus est.* 2) *Albertus ab historia imperatorum Martini p.* 474. *transiens ad res gestas pontificum p.* 441. *verba male coniunxit.*

Mart. Opp. Karoli pro desperato haberent, tum propter Coradini exercitus multitudinem, tum propter regni Scicilie pene totius rebellionem, papa Clemens hoc audito predixit in publico sermone facto[a] Coradinum tanquam[b] fumum transiturum et ipsum tamquam[b] ad victimam Apuliam intraturum; quod et rei postmodum probavit eventus. Nam post durum campestre bellum Coradinus cum suis terga vertentibus capitur et a Karolo cum duobus[1] nobillibus decolatur, et nomen eius paucis diebus post tamquam[b] fumus evanuit. Hic papa Clemens mortuus est Viterbii et ibidem est sepultus in ecclesia fratrum Predicatorum. Hiis temporibus vacantibus ecclesia et diadema inperiali pastorum[c] interea, videlicet anno
*f. 176 (CLII). Domini M°CCLXX, Lodevicus rex Francie christianissimus — *—[2] de Affrica processerat[d], in Sciciliam veniens est defunctus[e].

*f. 177 (CLIIII). *Anno Domini M°CCLXXII, [indictione[f] XIIII^or[3], de mense Novembr.[4]] Gregorius X^us[g], natione Lonbardus de civitate Placentia et dicitur de genere Vicecomitum fuisse, ex patre . . . . .[h], successit Clementi quarto pape vacante inperio, qui sedit annis IIII^or, [mensibus[i] duobus] et d. X ab electione sua, et cessavit papatus diebus X. Hic Gregorius papa prius vocabatur Tealdus[k], et cum esset archidiaconus Leodiensis et devotionis causa ivisset ultra mare, ibidem existens in palatio Viturbiensi[l] in papam a cardinalibus est electus. Hic fecit unam ordinationem V^m episcoporum cardinalium quam plurimum laudabilem, qui honestius[n] et valentes personas asumpsit. [Anno[o] Domini M°CCLXXIIII°]. Hic tertio pontificatus sui anno pro utilitate Terre Sancte, quam personaliter visitare intendebat, Lugduni sollempne cellebravit concillium, in quo Grecorum et Tartarorum sollempnes nuncii[b] interfuerunt, Greci ad unitatem ecclesie redire promittentes, in signum cuius spiritum sanctum confessi sunt a patre filioque procedere, symbolum solempniter in concilio decantando. Noncii[b] vero Tartarorum infra concilium baptizati[p] ad propria redierunt. Numerus autem prelatorum qui fuerunt in concilio sunt quingenti episcopi, LX abbates et allii prelati circa mille. Hic in concilio multa bona constituit, videlicet pro subsidio Terre Sancte, pro electione summi pontificis et pro statu ecclesie universalis; [quod[q] concilium duravit a principio Magi usque ad Augustum. Iohannes Andree[r] in novela I. *de elect.*[s]: *nemo*[5]]. Huius

a) factum Chunradini *Martin.* b) *sic h. l. c.* c) *sic haec sensu sano carentia leguntur in c. Alb. dicere voluit* utroque pastore *(rectore)*, ecclesiastico et saeculari, deficientibus. d) *seq.* in sciciali *delet.* e) *f.* 176.v *vacat.* f) *uncis inclusa ab Alb. superscr.* g) *in marg.:* Papa Gregorius X^us. h) *spatium nomini inserendo vacat.* i) mens. duob. *in marg. ab Alb. suppl. cum Martini cod.* 10. k) Gebaldus, b *eraso et* G *in* T *mutato corr.* Tealdus. l) *sic* (viturbien) *c.* m) V *Alb. pro* videlicet (V3) *scripsit.* n) quia honestas *Martin.* o) A. D. M°CCLXXIIII° *alio atramento (manu Alberti?) in marg. post suppl.* p) batpati *c.* q) *uncis inclusa alio atramento (manu Alberti?) in marg. post suppl.* r) Io. an *c.* s) de elect. *potius conieci quam legi in c.*

1) *Recte sic;* multis *Martin.* 2) *Omisi quae Martinus Oppav. p.* 474, *l.* 3—45. *habet.* 3) *A.* 1272. *iam indictio XV. fuit.* 4) *A.* 1271. *Sept.* 1. *Gregorius electus est, coronatus a.* 1272. *Mart.* 27. 5) *Sexti Decret. l. I, tit.* 6, *c.* 15.

tempore Rodulphus rex Romanorum et rex Francorum cum multis baronibus pro subsidio Terre Sancte cruce signati fuerunt. Hic papa fuit mire experientie in secularibus, nec intendebat peccuniarum lucris, set pauperrum elemosinis. Mortuus est Aretii et sepultus ibidem. *Mart. Opp.*

Anno Domini M°CCLXXI. die XX. Ian. Frater Fatius[1], venerabile corpus, fidelis servus Dei, migravit de hoc mondo[a]. 1272. *Ian.* 20.

*Anno Domini M°CCLXXVI. Innocentius quintus[b], natione Burgondus de[c] Charanzia[d·2], ex patre .....[e], successit Gregorio X° pape vacante inperio, qui sedit mensibus V, d. II, et cessavit papatus d. XVIII. Hic Inocentius[f] papa antea vocabatur .....[e], a pueritia enim in ordine[g] fratrum Predicatorum existens doctor in sacra scriptura eximius efficitur. Deinde in archiepiscopum Lugdunensem et post in episcopum Hostiensem, tandem in summum pontificem asumitur. Hic licet multa proposuisset facere, morte preventus nil notabile fecit. Mortuus est Rome et in Lateranensi ecclesia seppelitur[h]. *f. 178 (CLV). *Mart. Opp.*

*Anno Domini M°CCLXXVI. Adrianus V^us papa[i], natione Ianuensis, ex patre .....[e], Rome eligitur in palatio Lateranensi, qui sedit mense uno et d. VIIII^or, et cessavit papatus d. XXVIII; qui successit Innocentio[f] quinto pape vacante inperio [et[k] fuit de comitibus Lavanie de Flisco]. Iste Adrianus nepos Inocentii[f] quarti pape et ab ipso in cardinalem tituli sancti Adriani[l] promotus, a domino Clemente IIII^to legatus in Angliam pro guerra, que ibidem inter regem et barones orta fuerat, sedanda missus fuit. Hic papa statim constitutionem, quam papa Gregorius X^us in concilio Lugdunensi de restrictione cardinalium propter electionem summi pontificis ediderat, suspendit, proponens eam aliter ordinare, set morte preventus constitutionem sic suspensam reliquit. Hic papa Viterbii moritur et seppelitur[m]. *f. 178'.

*Anno Domini M°CC°LXX°VI. Iohanes XXI^us papa[n], natione Yspanus, ex patre .....[e], successit Adriano quinto pape *f. 179 (CLVI).

a) *reliqua pars paginae* 177. *rectae et p.* 177. *versa vacant.* b) *in marg.:* Papa Inocentiu[9] V^us. c) de Char. *ab Alb. in marg. suppl.* d) *seq.* de Cara::anzia *(duabus litteris erasis) iam in loco raso scriptum, delet.* e) *spatium nomini inserendo vacat.* f) *sic h. l. c.* g) *seq.* fm *delet.* h) *reliqua pars maior paginae* 178. *rectae vacat.* i) *in marg.:* Papa Adrianus V^us. k) *uncis inclusa in marg. ab Alb. suppl.* l) Andriani, *priore* n *expuncto corr.* Adriani *c.* m) *reliqua pars maior paginae* 178. *versae vacat.* n) *in marg.:* Papa Iohanes XXI^us.

1) *De quo vide Acta SS. Ian. II, p.* 210 *sq. Cf. Necr. maioris ecclesiae Cremon., 'Archivio storico Lombardo' VII* (1880), *p.* 568: MCCLXXI. *(i. e.* 1272. *nostrae computationis)* die Lune XVIII. intrante Ianuario frater Facius, auri et argenti optimus fabricator, natione Veronensis, Cremone ab adolescentia sua nutritus, de hoc seculo, in quo per quinquaginta annos et plus magnam et arduam fecerat penitentiam, in senectute bona migravit ad Dominum. Cuius corpus post obitum suum secunda die in ecclesia maiori Cremone . . . fuit . . . sepultum *etc. Albertus quae de Facio habet ex alio necrologio, in quo dies sepulturae adnotatus fuisse videtur, eum assumpsisse conicio.*

2) *Tarantasia vel Tharantasia, ut Martin. Oppav. habet.*

Mart. Opp. vacante inperio, qui sedit m. VIII, d. I, et cessavit papatus m. VI et d. VII. Hic pontifex Iohanes, Petrus ante dictus, in diversis scientiis famosus, primo Tuschulanensis episcopus, tandem Romanus pontifex efficitur; qui scientialem florem et pontificalem dignitatem moxa quadam stolliditate deformabat, adeo ut naturali industria pro parte carere videretur. In hoc tamen quam plurimum laudabilis fuit, quod se tam pauperibus quam divitibus comunem exhibuit, multos egentes studium litterarum amplectentes fovit et in beneficiis ecclesiasticis promovit; et cum sibi vite spatium in annos plurimos extendi crederet et hoc etiam coram alliis assereret, subito cum camera nova, quam pro se Viterbii circa pallatium construxerat, solus corruit et inter ligna et lapides collisus sexto die post casum, sacramentis ecclesiasticis omnibus perceptis, expiravit et ibidem in ecclesia sancti Laurentii est sepultus.

1277. *Ian. 25.* Annob Domini MCCLXXVII. die XXV. Ian.[1] fuitc conflictus dominorum de la Turre, qui dicitur Ripalta de Dexio. Et tuncd temporis pars illorum de la Turre fuit expulsa de Mediolano. Et pars capitaneorum et valvassorum obtinuit et dominari cepit in Mediolano. Multeque novitates facte fuerunte.

f. 179'. 1277. *Nov. 25.* *Anno Domini M°CCLXXVIIf, [indictioneg VIa 2] Nicolaus IIIus [deg domo Ursinorum] papa Romanus, [dictush Iohanes], ex patre .....i, successit Iohani XXI. pape vacante inperio, [creatusk in festo sancte Katelinel, qui sedit annis duobus, m. VIIIIor, d. VIII]m.

f. 180' (CLVII'). 1281. *Febr. 22.* *Annon domini nostri Yesu Christi ab incarnatione MCCLXXXI. Martinus IIIIus papa, [dictuso Symon canonicus Tronensisp], natione Galicus .....i, ex patre .....i, successit Nicholao pape tercio inperiali sede vacante, qui sedit annis [IIIIq, m. I, d. III[3], et cessavit d. V]. Iste proprio nomine vocabatur Canis[4], in festo chatedre sancti Petrir.

a) morum *Martin.* b) *haec alio atramento ab Alb. post add.* c) *seq.* cons *delet.* d) *seq.* p *delet.* e) *reliqua pars maior paginae* 179. *rectae vacat.* f) M°CCLXXVIII. *radendo corr.* M°CCLXXVII. — *In marg.:* Papa Nicolaus IIIus. g) *uncis inclusa alio atramento subfusco ab Alb. superscr.* h) *haec posterius quam reliqua superscripta alio atramento ab Alb. superscr.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) *uncis inclusa atramento subfusco ab Alb. post add.* l) *sic c.* m) *reliqua pars paginae* 179. *versae et pagina* 180. *(CLVII). recta vacant.* n) *littera* A *minio supplenda deest. Sequentia multo post folia* 175. *(CLII)* — 179. *(CLVI). scripta sunt.* o) *uncis inclusa alio atramento in marg. ab Alb. suppl.* p) *sic* (tronen) *pro* Turonensis *c.* q) IIII — et *in spatio vacuo relicto,* cess. d. V *in marg. alio atramento ab Alb. suppl.* r) *sic desinit hic locus, post hunc vacantibus fere* 4½ *versibus; supple* electus est.

1) *Potius die Ian.* 21. *Cf. Alberti Milioli Liber de temp. c.* 291, *SS. XXXI, p.* 550, *et quae ibidem n.* 3. *adnotata sunt.* 2) *A.* 1277. *fuit indictio V.* 3) *Potius diebus VI.* 4) *Nomen recte supra l.* 27. *dictum est. De hoc cognomine alibi nihil legi.*

Anno vero supradicto, scilicet M°CCLXXXI[1], in- 1282.
dictione X[a], die Veneris penultimo Ianuarii dominus[a] *Ian. 30.*
Bosius de Dovaria, civis et nobillis civitatis Cremone,
qui erat capitaneus[b] Guibelinorum, qui[c] dicebantur
Tronchazufi, dicte civitatis et expulsus a dominatu et
regimine dicte civitatis per partem Guelfam, que appe-
labatur pars Capeleta, intravit castrum Soncini diocesis
dicte civitatis, expulsis inde totis Guelfis. Et eodem
millesimo[d] die Lune secundo Febr.[2] intravit castrum *Febr. 2.*
Romenghi dicte diocesis et fecit maximam guerram pre-
dicte Cremone. Anno vero M°CCLXXXII. dictus
dominus[a] Bosius expulsus fuit de dictis castris[3], et sic *(Nov. 11).*
dicta castra venerunt ad mandata comunis Cremone.
Et sic dominium civitatis Cremone remansit in manibus
Guelforum Cremone usque ad adventum domini[a] Henrici
inperatoris. Anno vero supradicto Otto de Vicecomitibus, 1283.
civis et nobilis civitatis Mediolani, factus fuit archiepi-
scopus dicte civitatis[4], qui fuit principium totius domi-
nationis illorum de sua progenie, qui migravit a seculo
anno Domini[a] M°CCLXXXXI[e·5]. 1295.

*Anno[f] ab incarnatione Domini M°CC°LXXXV[g], *f. 181'.
[secunda[h] die Aprillis] Honorius IIII[us] papa, natione 1285.
Romanus [de[i] domo Sabellorum, dictus Iacobus Sabella], *Apr. 2.*
ex patre . . . . .[k], [eligitur[l] in Perusio, qui] successit
Martino pape quarto inperiali sede vacante, qui proprio
nomine vocabatur . . . . .[k], sedit Rome in pontificatu
annis [II[m], et cessavit papatus m. X et d. II[6]][n].

a) .d. *c.* b) cap *c.* c) qui dic. Tronch. *statim ab Alb. in marg. eodem atramento suppl.* d) M° *c.* e) *reliqua pars maior paginae* 180. *versae et pagina* 181. *recta vacant.* f) *littera* A *minio supplenda deest.* g) V *alio atramento in loco raso, in quo plura* I *scripta erant* (MCCLXXXIIII?). h) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in marg. super. suppl.* i) *uncis inclusa post (alia manu?) in marg. suppl.*, dictus Iac. Sab. *posterius quam* de domo Sab. *addita.* k) *spatium nomini inserendo vacat.* l) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in marg. suppl.* m) II et cess. — d. II *in columna ab Alb. post suppl.* n) *post haec octo fere versus vacant.*

1) *A.* 1282. *secundum nostram computationem, sed more Cremonensi anni initium a Mart.* 25. *faciebatur, cum quo anno indictio X. convenit. Cf. Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 574; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 424. 2) *Die Martis* 3. *Febr. hoc factum esse tradunt Ann. Placent. Gib. l. l. et hunc diem etiam Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 692, *ubi numerus diei corruptus, habere videntur.* 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. l. l.; Salimbene f.* 422[c], *SS. XXXII, p.* 511; *Ann. Parm. mai. p.* 694. 4) *Hic iam a.* 1263. *archiepiscopus creatus, a.* 1283. *ineunte dominio civitatis Mediolanensis potitus est.* 5) *Obiit demum a.* 1295. *Aug.* 8. 6) *Non recti sunt hi numeri.*

1288. Anno vero ab incarnatione Domini M°CCLXXXVIII, indictione prima, dominus[a] Poncius de Ponçonibus, civis Cremonensis[b], creatus fuit in episcopum Cremonensem.

1289. Anno Domini M°CCLXXXVIIII°r, die XVI. Marcii
Mart. 16. Melchmensor[1] soldanus Babilonie obsedit civitatem Tri-
Apr. 26. polim Syrie et cepit eam die Martis XXVI. Aprillis destruxitque eam ducta maxima captivitate utriusque sexus in Babilonem et facta strage orribili[c].

1290. Anno Domini M°CCLXXXX. dominus[a] marchio
(Sept. 8). Montisferatri[d] in civitate Alexandrie, que vocatur Palea[2], captus et interclusus in quadam cavea, in qua mortuus
Iul. 15. est[3]; [et[e] eodem anno, die XV. Iullii[4] obiit dominus[a] Poncius Cremonensis[b] episcopus].

1291. Anno Domini M°CCLXXXXI. Melechleseras[5] fillius Melchmensor supradicti[f] soldanus Babilonie mortuo
Apr. 5. patre factus obsedit civitatem Acon die V. Aprillis et
Maii 18. cepit eam die Veneris XVIII. Magi, fonditus eam destruxit factaque hominum strage horrenda duxit captivitatem maximam utriusque sexus in Babilonem. Deinde civitatem Tirri et omnes allias civitates, munimina et castra et quicquid in tota Syria Christiani occupabant obtinuit et destruxit. Sola insula Cypri Christianis hodie remansit[g].

*f. 182.
1288. *Anno ab incarnatione Domini M°CCLXXXVIII, indictione secunda[6], die . . . . .[h] Nicholaus quartus, natione [Marchianus[i] de civitate Eschulana], ex patre[k] . . . . .[l], [dictus[m] Georgius[7] ordinis Minorum] successit Honorio pape IIII[to] inperiali sede vacante, [sedit[n] annis II, m. IIII[8]][o].

a) .d. *c.* b) cremoñ *c.* c) *post haec quatuor vel quinque versus vacant.* d) *sic c.* e) *uncis inclusa post ab Alb. in columna suppl.* f) supradictus *c.* g) *reliqua, plus tertia, pars paginae* 181. *versae vacat.* h) *spatium diei inserendo vacat.* i) march. *in columna,* de civ. Eschul. *in marg. post suppl.* k) *seq.* seto (?) *delet.* l) *spatium nomini inserendo vacat.* m) *seq.* Gergo Gero *(delet.)* dictus *(iterum, non delet.); haec uncis inclusa post (alia manu?) in marg. suppl.* n) *uncis inclusa post (alia manu?) in columna suppl.* o) *reliqua pars paginae* 182. *rectae vacat.*

1) *Malik el-Mansur Kelawun.* 2) *Cf. supra a.* 1168, *p.* 34, *l.* 35. *et p.* 36, *str.* 12. 3) *Wilhelmus V. obiit a.* 1292. *Febr.* 6. 4) *Die Iul.* 14. *a.* 1290. *secundum Necrologium ecclesiae maioris Cremonensis, 'Archivio storico Lombardo' VIII* (1881), *p.* 248. 5) *Malik el-Aschraf.* 6) *Potius prima ut supra l.* 2. 7) *Potius Ieronimus, Geronimus etiam ab Italis dictus, cuius formae initium deletum praecedit.* 8) *Potius plus quatuor annis.*

*Anno ab incarnatione Domini M°[CCLXXXXV.[a]][1] Celestinus papa, [dictus[b] frater Petrus de Morone], quintus, natione . . . . .[c], ex patre . . . . .[c], successit Honorio[2] . . .[d] pape inperiali sede vacante, qui sedit in pontificatu[e] [m.[f] V et d. VIII, et cessavit d. XI], qui proprio nomine vocabatur Petrus[g]. *f. 182′. 1294.

*Anno ab incarnatione Domini M°CC°LXXXX°V°, [indictione[f] nona, die tercio exeunte Decembri[3] fuit electus et consecratus die XXIIII. Ian.] Bonifacius papa VIII[us], qui proprio nomine vocabatur Benedictus, natione . . . . .[c], ex patre . . . . .[c], successit [Celestino[h]] pape; qui sedit annis octo, [m.[i] VIIII[or], d. XVIII] inperiali sede vacante. *f. 183′. Dec. 29. 1295. Ian. 24.

Cuius tempore, scilicet anno Domini M°CCLXXXXVI, dominus don Petrus de Curtis, civis Placentinus, monacus monasterii[k] sancti Laurentii[l] Cremonensis[m], factus fuit abbas monasterii[k] prelibati per mortem domini[n] Comitis abbatis condam dicti monasterii[k]; qui[4] satis male rexit monasterium[k], ex eo quod monacis claustralibus dicti monasterii[k] dedit salarium, unicuique per se, pro eorum alimentis et vestimentis contra regulam sancti Benedicti et canonicas scancciones[o·*]. 1296.

[Eodem[p] vero anno, scilicet anno Domini M°CCLXXXXVI, dominus[n] Raynerius factus fuit episcopus Cremonensis[m]].

Anno autem suprascripto et M°[CCLXXXXVI.[q]] dominus Raynerius de . . . . .[c] factus fuit episcopus[r]

*) *Hoc loco sequuntur in columna deleta, quae infra recurrunt:* Anno vero M°CCLXXXXVII. dominus dux Austrie factus fuit rex Romanorum. Ex eo autem quod in locis deputatis non fuit coronatus[s] nec intravit cum virtute et maiestate, quia morte preventus est et vitam finivit, sic inter inperatores non est conputandus. 1298. 1308.

a) *numerus uncis inclusus alio atramento ab Alb. in columna suppl.* b) *uncis inclusa post (alia manu?) in marg. suppl.* c) *spatium nomini inserendo vacat.* d) *spatium numero inserendo vacat.* e) *seq.* annis *delet.* f) *uncis inclusa in columna ab Alb. post suppl.* g) *reliqua pars paginae* 182. *versae et pagina* 183. *recta vacant.* h) Honorio *delet. et (ab Alb.?) add.* Celestino. i) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in columna suppl.* k) mon *c.* l) Laur *c.* m) cremon *c.* n) .d. *c.* o) *sic c.* p) *uncis inclusa alio atramento ab Alb. in marg. suppl., sed deleta, quia infra in columna leguntur.* q) *numerus uncis inclusus ab Alb. in marg. suppl.* r) *in marg.:* Nota de episcopo cremon. s) *seq.* q (qui) *delet.*

1) *Potius a.* 1294. 2) *Potius Nicolao IV.* 3) *Die Dec.* 24. *a.* 1294. *electus est.* 4) *Scil. Petrus de Curtis.*

1296. Cremonensis[a]; [et[b] eodem anno dominus Comes abbas[c] Sancti Laurentii[d] Cremone diem clausit extremum die *Oct. 4.* IIII^to^ Octubr., qui bene rexit monasterium[e] suum].

1298. Anno vero ab incarnatione M°CCLXXXXVII. dominus Albertus dux Austrie factus fuit rex Romanorum. Ex eo autem quod in locis deputatis[2] non fuit coronatus nec intravit cum virtute et maiestate inperiali, pre-
1308. ventus morte vitam finivit. Ideo in numero inperatorum non est conputandus.

1298. Millesimo CC°LXXXX°VIII°. Conpillatus[f] seu publicatus fuit liber iuris canonici qui appellatur[g] Sextus a dicto summo pontifice Rome apud Sanctum Petrum *Mart. 3.* quinto Nonas Martii pontificatus sui anno quarto[3].

Eodem vero anno dominus[h] Matheus de Vicecomitibus de Mediolano, inperialis vicarius[i], retento sibi nomine vicariatus instituit dominum[h] Galeazium, eius primogenitum, in capitaneum populi Mediolani. Et
1299. eodem quoque anno dominus[h] Raymondus de la Ture, civis nobillis Mediolani, qui erat patriarcha Aquiligensis, *(Febr. 23).* [obiit[k]].

1298. Eodem[4] vero anno facta fuit pax generalis in Briscia per dominum[h] episcopum Berrardum de Madiis *Mart. (25).* de mense Marcii, vocatis ad patriam quatuor partibus virorum civitatis Brixie et districtus diversis temporibus expulsis de Brixia et tunc extrinsecis et variis partibus sive locis residentibus, videlicet parte Ghibelinorum antiquorum, de qua fuerunt principales illi de Bochaciis, illi de Prandonibus, illi de Mandugasinis, illi de Sancto Gervasio sive de Fregamulis, illi de Agnellis, illi de Alberticullis[l], illi de Lanuce, illi de Turbiado, dominus[h] Lafranchinus de Lavellongo, illi de Federicis de Valcamonica et illi de Yseo ac multi allii populares et nobilles civitatis predicte et districtus. Item parte Bardellorum, de qua fuerunt principales et maiores illi de Buchis, illi de Calzavelliis, illi de Concessio, illi de Pregnachis[m], illi de Mayrano, illi de Lechapestis, dominus[h] Berrolinus

a) cremoñ *c.* b) *uncis inclusa in marg. ab Alb. suppl.* c) abbas *(vel* abbtis*) c.* d) Laur *c.* e) moñ *c.* f) Conpillatum *corr.* Conpillat9u *c.* g) appellatus *corr.* appellatur *c.* h) .d. *c.* i) vicar̃ *c.* k) obiit *om. c.* l) albertucullis *corr.* alberticullis *c.* m) pr *ex parte macula atramenti tectum non certo legitur, sed ut scripsi habet etiam Iac. Malvecius l. l. c.* 122.

1) *Hic etiam fuit de gente Bezanorum; cf. praef. nostram.* 2) *Cf. supra p.* 4. 5. *et p.* 10. 3) *Cf. Potthast nr.* 24631. 4) *Ad sequentia cf. Iac. Malvecius dist. VIII, c.* 122. 123, *Muratori, SS. XIV, col.* 961 *sq.; Fed. Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p.* 253 *sqq.*

de Cazago et multi allii nobilles et populares civitatis et districtus. Item partem[a] Grifforum, de qua fuerunt ipsi principalles et aliqui Confanoniorum[b] cum domino[c] Goytio de Foro, illi de Roriugo et aliqui Ugonum, scilicet dominus[c] Riçardus et fratres eius, ac dominus[c] Rizardus de Orianis et pauci allii. Item parte domini[c] Gratiadei de Calvixano[d] iudicis[e] et plures[a] populares. Ad quarum omnium partium expulsionem fuerunt infrascripti omnes, qui tunc appelabantur Guelfi, videlicet illi de Flamegis, illi de Gambara, illi de Madiis, illi de Brusadis, illi de Tagentinis, illi de Sallis, illi de Lavellongo, multi illorum de Cazago, illi de Palazo, illi de Porzano, multi illorum de Ugonibus, illi de Gusiago[f], illi de Pontecharalli, illi de Calcaria, illi de Salodo, illi de Martilego, illi de *f. 184.
Guaytanis et multi allii nobiles et populares tunc temporis non parve condiccionis existentes. Qua pace solempniter per dictas partes iurata fuit constitutus per 1298.
ipsas partes dictus dominus[c] episcopus Berrardus in gubernatorem et dominum quinque annis duraturum[g] ipsius civitatis et districtus[1]. Et antequam ipse terminus quinque annorum fuerit finitus, scilicet M°CCC° tercio, 1303.
transmissus fuit ad confines Tervixium dominus[c] Tebaldus de Brusatis[h] absque ullo insultu armorum; et post hoc ad paucos dies arma sumpserunt Guelfi, set non omnes, et inconsulto modo et inordinato, ex quo nichil facere potuerunt, ymo acceserunt[a] illi de Griffis et de Confanoneriis, scilicet dominus[c] Coradinus et eius fratres, dominus[c] Goycius de Foro, dominus[c] Rizardus de Ugonibus et eius fratres et aliqui allii ad domum domini[c] Ghirardi de Gambara, et ibi deposuerunt tamquam victi arma sua et Brixiam dispersim exiverunt atque districtum; quorum aliqui Pergamum iverunt, aliqui Cremonam et aliqui Mediolanum, et sic extra suam patriam alienis terris permanserunt VII annis, videlicet usque ad introitum Mediolani factum per dominum[c] Henricum in- 1310.
peratorem[2]. Nam ante adventum dicti inperatoris omnes civitates Lombardie in manibus et forcia erant et diu steterant partis Guelfe preter Veronam et Mantuam.

a) *sic c.* b) *sic hoc loco c.; cf. infra l.* 27. c) .d. *c.* d) *sic aut* taluixano *legi potest in c.* e) Iud. *c.* f) Guñago *legi posset in c.* g) durat'm *c.* h) *sic hoc loco, cf. supra l.* 10.

1) *Hoc iam die Mart.* 5. *vel* 6. *factum esse tradit Iac. Malvecius l. l. c.* 123. 2) *A.* 1310.

1303? Eodem vero anno dominus[a] don Ghirardus de Bezanis, civis Cremonensis[b], factus et creatus fuit abbas monasterii[c] sancti Laurentii Cremonensis[b] per mortem condam domini[a] don Petri abbatis dicti monasterii[c].

1302. [Anno[d] vero eiusdem[e] rex Karolus Sine-terra supradictus[1] rediit in Francia, quia rex Francie[2] illo tempore maximum habuit dampnum de millitibus et alliis, et
(Iul. 11). comes de Artese[3] tunc obiit, et prelium[4] fuit in Flandria].

1298. Anno Domini ab incarnatione millesimo CCLXXXXVIII, pontificatus eius anno quarto, conpilatus fuit liber sexti super decretales[5].

1301. . . . . .[f] cognominis[g] Sine-terra[6], frater regis Frantie, venit Rome de mandato domini pape. Deinde
(Nov. 1). ivit Tusciam et accepit Florentiam. Unde multi cives mortui fuerunt et depredati, parentela de[h] Circlis expulsi et mortui fuerunt, et alie civitates de Tuscia insultate et posite in guerram; et dominus Albertus de
(Sept. 3). la Scalla obiit.

1300. Anno[i] Domini M°CCC°, indictione XIII[a], usque ad sanctum Petrum fuit Rome indulgentia omnium peccatorum omnibus peccatoribus, qui visitabant limina appostolorum Petri et Pauli continuando in Urbe XV diebus, et quasi totus populus Christianus ivit acceptam[k] indulgentiam. Hoc anno terra sancta Iherusalem exempta fuit de manibus Sarracenorum per Tartaros et per allios reges Armenie[7] et Cipri[8].

1302. Anno[l] vero ab incarnatione Domini [M]CCCII.[m] de
Iun. (15). mense Iunii dominus[a] Matheus[n] de Vicecomitibus deperdidit[o] dominium Mediolani et expulsus[p] fuit cum aliquibus suis propinquis, agnatis[q] ipsis existentibus in exercitu ad partem de Melzo comitatus Mediolani, et tunc nobiles

a) .d. *c.* b) cremon *c.* c) mon *c.* d) *uncis inclusa post ab Alb. minoribus litteris inter praecedentia et sequentia scripta sunt.* e) *sic c.* f) *haec in marg. super. sinistra ab Alb. scripta sunt, cuius loci initium a bibliopego abscisum est.* g) cognoms *signo compendii absciso c.* h) *seq.* ar(?) *delet.* i) *sequentia in marg. interiore (sinistra) ab Alb. suppl.* k) *sic* (accepta) *c. pro* accepturus. l) *haec in exteriore (dextra) marg. ab Alb. suppl.* m) M *om. c.* n) *haec aqua vel alio humore laesa sunt, ut quaedam non certo certius legi possint, ut* Ma. o) erdidit *non certo certius legitur.* p) ulsus *incertum.* q) a *et* n *incerta.*

1) *Nihil supra dictum est de Karolo I. comite Valesiae (non rege). Patet haec scripta esse post locum infra l.* 13. *sequentem. Qui Karolus a.* 1302. *Nov. ex Italia in Franciam rediit.* 2) *Philippus IV.* 3) *Robertus II.* 4) *Curtracense a.* 1302. *Iul.* 11. 5) *Haec vide iam supra p.* 66. 6) *Karolus I. comes Valesiae supra dictus.* 7) *Haithonem II.* 8) *Henricum II.*

et potentes Lonbardie induxerunt[a] dominos de la Ture, 1302.
venire et intrare fecerunt civitatem Mediolani; et sic *(Ian. 16).*
status civitatis Mediolani fuit mutatus[b].

Anno[c] Domini M°CCCIII, indictione prima, do- 1303.
minus papa Bonifacius fuit captus et detentus de man- *(Sept. 7).*
dato regis Francie per Sarram de Columpna et suos
conplices et stando sub fida custodia pre dolore et tri-
sticia vitam finivit. Et in dicto mense[1] electus fuit *(Oct. 11).*
dominus Benedictus, qui vocabatur Nicholaus.

*Anno[d] ab incarnatione Domini M°CCCIII, indic- *f. 184v.*
tione prima, de mense Octubr. Benedictus papa XI^us^, *Oct. (22).*
natione Tarvisinus [de[e] civitate Tervixii], qui primo
fuerat cardinalis, qui proprio nomine vocabatur Nicholaus,
[ordinis[e] Predicatorum magister], successit Bonifatio VIII°
pape inperiali sede vacante. Cui pape Benedicto multi
ambaxatores iverunt Romam de multis civitatibus[f] Ytalie
pro honore dicti domini[g] pape. [Peruxii[h] papa moritur 1304.
et[i] ecclesia fratrum Predicatorum Peruxii seppelitur][k]. *(Iul. 7).*

Anno Domini M°CCCIIII^or^ dominus Bertolameus
de la Schala, capitaneus Verone, obiit de mense Martii, *Mart. (8).*
et dominus Alboynus, eius frater, electus fuit capitaneus
generalis Verone[1.2].

*Anno[m] ab incarnatione Domini M°CCCV. Clemens *f. 185.*
papa quintus, natione Vascho, ex patre .....[n], qui 1305.
proprio nomine vocabatur [Beltrandus[o]], successit Boni-
facio[3] inperiali sede vacante. Hic papa Clemens sedit
in pontificatu annis [XI[p.4], primo fuit archiepiscopus
Burdegalensis, cepit in vigilia pasce pentecostes. Iste con- *Iun. 5.*
stituit inperatorem Henricum].

Anno[q] Domini M°CCCV, indictione III[a 5], dominus 1306.

a) erunt *certo legi nequit.* b) *post haec dimidia pagina vacat.* c) *haec in ima pagina* 184. *recta post ab Alb. suppl.* d) A *minio supplendum deest;* nno — M° *atramento aquoso,* CCCIII — seppelitur *atramento nigro scripta sunt.* e) *uncis inclusa in marg. post suppl.* f) *seq.* Lonbardie *delet.* g) .d. *c.* h) *uncis inclusa post ab Alb. addita.* i) *supple* in. k) *post haec quinque versus vacant.* l) *post haec maior pars paginae* 184. *versae vacat.* m) A *minio supplendum deest.* n) *spatium nomini inserendo vacat.* o) Beltr. *in spatio vacuo relicto ab Alb. suppl.* p) XI *et deinde alio atramento* primo — Henricum *post in spatio vacuo relicto ab Alb. addita.* q) *haec posterius quam reliqua huius paginae, sed prius quam uncis inclusa l.* 27—29, *ut videtur, scripta sunt.*

1) *Nullus mensis praedictus est, infra l.* 11. *recte* de mense Octubr. 2) *Cf. Syll. potest. Veron., 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 405 *sq.* 3) *Perperam pro Benedicto XI.* 4) *Potius non plenis novem annis.* 5) *Potius quarta. Mense Ian. anni* 1305. *quidem erat indictio tertia, sed quarta secundum nostram computationem, secundum quam haec ad a.* 1306. *spectant.*

1306. marchio Estensis[1] amisit Mutinam et Regium die VI° *Ian. 26.* exeunte Ian.[2].

1308. Anno vero ab incarnatione Domini M°CCCVI.[3] dominus Guido de la Ture factus fuit civitatis et comitatus Mediolani dominus generalis.

1307. Eodem autem millesimo[4] territorium Cremonense[a] *(Aug. Sept.)* fuit derobatum per Brixienses, quorum Brisiensium erat dominus[b] Berrardus de Madiis episcopus, dicte civitatis dominus generalis.

1307. Anno Domini M°CCC°VII. de mense Septembr.[c. 5] *Sept.* dominus[b] Tebaldus de Brusatis una cum Griffis, Confanoneriis, domino[b] Rizardo de Ugonibus et eius fratribus ad terram de Gaydo transeundo per Fontanellam cum auxilio lige Guelforum Lonbardie, maxime Cremonensium. Et homines dicte terre absque armorum strepitu ipsas gentes susceperunt; non erat tunc ulla fortalicia Gaydi, et ibi dicte gentes sex diebus moram fecerunt. Deinde sine ulla expulsione et fuga redierunt Cremonam, de qua reversione inculpati fuerunt aliqui Cremonenses. Quo facto condempnati fuerunt comune et ipsius terre Gaydi homines in X milibus[6] librarum bone monete Brixiensis[d] per dominium dicte civitatis Brixie, et ipsa condempnatio valde cito a dictis hominibus exacta fuit[e].

1308. Anno Domini M°CCCVIII. dominus Castonus de la Ture factus fuit archiepiscopus Mediolani. Eodem *Oct. 18. 16.* autem millesimo[f], die XVIII. Octubr., in festo sancti Galli[7] migravit de hoc seculo dominus[b] Berrardus de Madiis, episcopus et dominus generalis civitatis Brixie, et dominus[b] Mafeus de Madiis, eius frater, in pleno conscilio electus fuit in capitaneum et dominum Brixie et districtus, cuius dominium duravit duobus annis, et eius bonum fuit dominium. Eodem vero millesimo[f], die

1309. II° Ian. dominus[b] don Ghirardus[8], abbas monasterii[g] *Ian. 2.*

a) cremon̄ *c.* b) . d . *c.* c) setpbr̄ *c.* d) brix̄ *c.* e) *seq.* Eode (!) *c.* f) M° *c.* g) mon̄ *c.*

1) *Azzo IV. (VIII.).* 2) *Regium demum sequente die (Ian. 27). Cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 735; *Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 354; *Riccobald. Ferrar., ib. IX, col.* 255. 3) *A.* 1308. *Ian. et Oct. demum.* 4) *A.* 1307. *potius; cf. Ann. Parm. mai. p.* 741 *sq.* 5) *Ann. Parm. mai. p.* 743. *hoc mense Decembri factum esse tradunt. Ad haec cf. Iac. Malvec. VIII,* 126, *Muratori, SS. XIV, col.* 963 *sq.* 6) in XX^M librarum Brixiensium *Ann. Parm. mai. l. l.* 7) *Dies s. Galli est Oct.* 16, *non* 18. *Odorici l. l. VI, p.* 278. *Berardum die Oct.* 16. *mortuum esse dicit teste recentiore allato.* 8) *Qui Geraldus nominatur in litteris p.* 71, *n.* 1. *laudatis.*

sancti Laurentii Cremonensis[a], interfectus fuit per asa- 1309.
sinos domini[b] Gregorii de Summo[c] ad Lacumschurum[1]. Loco cuius institutus fuit dominus[b] don Abraminus de Bezanis in abbatem dicti monasterii[d].

Hoc[e] anno, indictione VI[a], dominus Azo marchio 1308.
Estensis obiit in terra de Este Paduani districtus die penultimo Ian.[2] Dominus Frescus, fillius[3] condam dicti *Ian. 30.*
domini[b] marchionis, cum adiutorio Bononiensium accepit dominium Ferrarie et acquisivit omnes[f] terras, Rudigium, Arquadam de saltu, Costam, Fratam, et expulsit dominum Francischum[4] marchionem cum gente sua. Eodem vero anno dictus dominus[b] Francischus marchio sic expulsus de Ferraria cum auxilio Paduanorum intravit Ferrariam armata manu, ibi existentibus legatis domini[b] pape cum Venetis et alliis Ferrariensibus, retinentes Veneti castrum Tealdum; tandem subito dominus[b] Francischus marchio cum Paduanis expulsus fuit, unde Veneti habuerunt dominium Ferrarie et ibi posuerunt potestatem[g] de Venetiis; quare fuerunt excomunicati, quam[h] spreverunt, nec dimiserunt dictam civitatem.

Anno[i] Domini M°CCCVIIII^or^ dominus papa misit 1309.
legatum suum[5] ad excomunicandum Venetos pro captione[k] Ferrarie, sic quod omnes religiosi de Venetiis recesserunt, et cum auxilio Paduanorum[l] tandem post multas occisiones et mortalitates hinc inde factas dominus[b] Francischus marchio cum auxilio predictorum intravit Ferrariam, et dominus[b] papa quendam nepotem suum Ferrarie missit pro potestate; et predicata fuit crus[m] contra Venetos, qua de causa Veneti passi fuerunt magnum dampnum in rebus et personis.

Anno Domini M°CCC°XIII, pontificatus dicti domini[b] Clementis pape quinti anno VIII°, civitas Yherusalem capta fuit ab infidelibus[6], pro qua captione cele-

a) Laur eremoñ *c.* b) .d. *c.* c) *seq.* Loco cui *delet.* d) moñ *c.* e) *quae in pagina* 185[r]. *sequuntur omnia post ab Alberto suppleta sunt, et haec* Hoc anno — dictam civitatem *(l.* 20*) post ea quae sequuntur de a.* 1313, *l.* 31 — *p.* 72, *l.* 2, *illa enim minoribus litteris inter praecedentia et locum anni* 1313. *scripta sunt ac deficiente spatio ex parte in margine.* f) oms *non certo legitur in c.* g) *seq.* aue(?) *delet.* h) *sic c. (scil.* excommunicationem*).* i) *haec* (— rebus et personis *l.* 30) *in marg. interiore (sinistra) ab Alb. post suppl.* k) captiõe *c.* l) pad' *c.* m) *i. e.* crux.

1) *Cf. litteras Clementis V. papae datas a.* 1310. *Mart.* 25; *Sommi-Picenardi, 'La famiglia Sommi' p.* 25, *nr.* 17, *in quibus Cinellus de Summo canonicus dicitur is, qui abbatem occidendum curaverit.* 2) *Chron. Estense l. l. col.* 360: die ultimo mensis Ianuarii de nocte *anni* 1308 *(non* 1309*).* 3) *Illegitimus.* 4) *Fratrem Azzonis IV. (VIII.) marchionis.* 5) *Arnaldum de Pellagrua card. diac. S. Mariae in Porticu.* 6) *Minime.*

1311. bratum fuit concilium universale in civitate Vienensi pro
Oct. 1. recuperatione dicte civitatis*. In[a] dicto concilio, ubi
1312. ipse erat presens, die Kall. Octubr. cassavit ordinem militie Templi[1]; qui ordo in una die per totum mondum dicitur fuisse expulsus, quod nullus penitus remansit in dicto ordine, et hoc dicitur fuisse factum ad sugestionem domini[b] Filipi regis Francie, inpositis ipsis Templariis heresibus et blasphemiis diversis contra Deum et catholicam fidem[c], nec[d] tamen audiri non[e] potuerunt aliquo modo debito ordine iuris, set papa ipsos non auditos dampnavit pro suo arbitrio contra voluntatem concilii et bona eorum vendidit Hospitalariis. Hac cassatione audita soldanus Babilonie Egipti maximam solempnitatem cum principibus suis et toto populo fecit, gracias reddens Magomet prophete suo, qui tantum beneficium eis dedit mediante papa Christianorum, quale non erat memoria recepisse Sarracenos per Magomet a longissimis temporibus. Non multo[f] post rex Francie prefatus, dum esset in venatione[g], ab uno apro de equo deiectus est
1314. et [mortuus[h]][2], nec aper umquam in posterum aparuit;
(Nov. 29). papa[i] dicitur repentina morte interiisse . . . . . [k] de nocte cerei cadentes super eius corpus magnam partem corporis conbusserunt. Hoc inveni scriptum[l] in quadam istoria satis autentica[3].

1313. Eodem vero scilicet millesimo dominus[b] Egidiolus de Bonseriis, civis Cremonensis[m], factus fuit episcopus
1317. Cremonensis[m]. [Cui[n] successit anno Domini M°CCC°XVI.[4]

1311. *Oct.* 1. 1312. *Apr.* 6. *) *In marg. haec alia manu scripta sunt, quae difficillime leguntur:* Nota, quod anno Domini M°CCCXI. die Kall. Octubr., et terminatum fuit anno sequenti VI. die Aprillis, et sic duravit ultra sex menses, ut habetur in Cle[mentinis] *de censibus,* c.° *Cum sit*[5] in glo. Vide ..[p] etiam in novella Q. *de elect.*[q], c. *Nemo* in glo. II. *quantitas.*

a) *sequentia* (— satis autentica *l.* 24) *in marg. dextra alio atramento ab Alb. suppl.* b) .d. *c.* c) *in marg.:* Nota de casatione militie Templi. d) *seq.* tm *delet.* e) non *delendum.* f) ulto *certo legi nequit, haec enim in marg. scripta valde attrita sunt.* g) natione *certo legi nequit.* h) *hoc verbum detritum legi nequit.* i) pa *legi nequit.* k) *aliquot verba partim detrita, partim a bibliopego abscisa sunt.* l) scrip *legi nequit.* m) cremon *c.* n) *uncis inclusa linea perducta deleta. — In marg.:* Nota de episcopo Cremon. o) *seq.* ad *delet.* p) *littera legi nequit.* q) elect. *legi nequit.*

1) *Litterae, quibus ordo Templariorum cassatus est, datae sunt a.* 1312. *Mart.* 22. *K. W.* 2) *Idem multi auctores falso tradunt. Cf. L. Lacabane, 'Bibl. de l'école des chartes' III, p.* 1 *sqq.* 3) *De parte corporis papae combusta refert etiam Franc. Pipin. IV,* 49, *Muratori, SS. IX, col.* 751. 4) *Demum a.* 1317. *Aug.* 1. *electio Egidioli de Bonseriis a Iohanne XXII. papa cassata est.* 5) *L. III, tit.* 13, *c.* 1.

dominus[a] Egidius de Madalbertis, civis Cremonensis[b], in episcopum Cremonensem[b. 1]. 1317.

Anno[c] Domini M°CCCXIIII°r, indictione XII, die XXI. Aprillis[2] dominus[a] papa diem clausit extremum[d]. 1314. *Apr.* 21.

*Anno[e] ab incarnatione domini nostri Yhesu Christi M°CCC°VIII. Henricus sextus[f], comes de Lucimburgo, Alamanus electus fuit in inperatorem Romanorum, qui successit Frederico inperatore[g] secundo pontificatu domini[a] Clementis pape quinti, qui regnavit apud Romanos annis X[3]. *f.* 186. 1308.

Anno[h] Domini M°CCCVIIII°r[4], indictione VII[a], die primo Aug.[5] ambaxatores domini Henrici electi inperatoris venerunt Padue cum litteris dicti inperatoris, qui petierunt, quod dictus dominus[a] volebat venire in Padua, et allia multa dixerunt de exaltatione inperatoris; quibus responsum fuit per comune Padue, quod sibi placebat de sua electione, coronatione, exaltatione et omni honore suo. Set civitas Padue est in pacifico et tranquillo statu, unde non est necesse, quod idem dominus[a] inperator veniat ad pacificandum eam, secundum quod in suis litteris continetur, quia timent de suo adventu, recordantes de adventu domini inperatoris Frederici, quid fecit, quia dimisit suum vicarium[i] perfidum Hezelinum[6], qui eam destruxit, et Vicentiam conbussit. 'Ideo nolumus eum venire'. 1310. *Aug.* 1.

Anno[k] Domini M°CCCX. Veronenses et Mantoani acceperunt Mutinam, et dominus Francischus marchio factus fuit capitaneus generalis Ferrarie. 1312.

Anno vero Domini M°CCCX. dictus dominus[a] inperator desendens[l] de Alamania venit primo ad civitatem 1310.

a) . d . *c.* b) cremon *c.* c) *haec in marg. inferiore ab Alb. suppl.* d) *pagina* 185*v. vacat.* e) A *minio pingendum deest.* f) sextus *ab Alb. superscr.* g) *sic c.* h) *haec* (— nolumus eum venire *l.* 25) *post praecedentia et sequentia* (Anno vero Domini M°CCCX. *etc. l.* 29 *sqq.*) *inter utrumque locum post ab Alb. addita.* i) vicar *c.* k) *haec in marg. ab Alb. suppl.* l) *sic c. pro* descendens, *ut persaepe scriptum est.*

1) *Cf. infra f.* 189′, *p.* 86. 2) *Potius die* 20. *April.* 3) *Non plenis quinque annis.* 4) *A.* 1310. *potius.* 5) *Hist. Cortus. I,* 11, *Muratori, SS. XII, col.* 778, *tradit episcopum Constantiensem legatum* de mense Iulii *Paduam advenisse. Et demum die Iul.* 30. *legati Mutinam venerunt, teste Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 101, *ad quam civitatem Padua iverunt.* 6) *Vide relationem legatorum, LL. Const. IV,* 1, *p.* 330, *nr.* 24, *in qua quidem dictum est Paduanos Ezzelini mentionem fecisse, nihil vero de eo, quod Henricum regem ad ipsos advenire noluissent.*

1310. Dec. (23). Asti, deinde secus festum nativitatis Domini Mediolanum [intravit[a] et ibi fuit coronatus per archiepiscopum Mediolani[1] corrona ferrea 1311. in ecclesia sancti Ambrosii Ian. 6. in festo epifanie], et cum Anno[b] Domini M°CCCXI, indictione VIIII[a], dictus inperator fuit coronatus per archiepiscopum Mediolani corona ferrea in ecclesia sancti Ambroxii in Munza[2] in festo epifanie.

eo venerunt quam plures de Mediolano et alliis civitatibus Lonbardie exules, in quibus erant principales dominus[c] Matheus de Vicecomitibus et fillii eius cum parte sua de Mediolano, dominus[c] Tebaldus de Brusadis Brixiensis cum parte sua, de Cremona dominus[c] Manfredinus[d] de Pelavicinis cum parte sua, et multi allii nobilles et populares civitatum Lombardie exules. Et tunc in Mediolano cum gentibus suis, baronibus et principibus Alamanie, Francie et Lonbardie existens reconciliavit omnes exules predictos et privatos patriis suis, prononciando concordiam et pacem civitatibus et terris, quibus voluit. Set Cumis et Pergamo, Verone et Mantue iusticiam non servavit. Et dictus dominus[c] inperator ibidem parvo tempore residendo civitatum quasi omnium Lonbardie habuit potestatem et transmisit ad eas suos vicarios. Nam ante adventum[e] dicti domini[c] inperatoris omnes civitates Lonbardie in manibus et forcia erant et diu steterant partis Guelfe preter Veronam et Mantuam[3]. Erat quidem dominus[c] Guido de la Ture tunc capitaneus et dominus generalis civitatis Mediolani et comitatus et ex quadam deceptione sibi facta per illos de Vicecomitibus expulsus per gentes dicti domini[c] inperatoris de Mediolano fuit cum paucis sequacibus, videlicet cum eius filliis et illis de domo sua et certis civibus, suis amicis*, Febr. 12. [die[f] XII. Febr. Anno autem suprascripto, scilicet

*) *Sequitur in textu linea perducta deletum:* Et eo autem tempore Cremonenses, quibus preerant dominus[c] Sopramontus de Amatis. *Cf. infra p.* 75, *l.* 16 *sqq.*

a) *uncis inclusa in marg. ab Alb. suppl.* b) *haec inferius in marg. sinistra ab Alb. suppl.* c) . d . *c.* d) Marchisinus *in textu delet., et in marg. ab Alb. corr.* Manfredinus. e) ad aduentum *c.* f) *uncis inclusa in marg. dextra ab Alb. suppl.*

1) *Castonum de Turre.* 2) *Immo Mediolani, ut Albert. loco columnae* 1. *et etiam supra p.* 5, *n.* † *scripsit.* 3) *Eadem supra p.* 67, *l.* 36—38. *dicta sunt.*

M°CCC°X°, die XX. Febr.[1] dominus[a] Fachetus[b] de Canosia marchio[2], vicarius dicti domini[a] inperatoris, qui gubernabat civitatem Cremone[c] pro dicto domino[a] inperatore, fuit expulsus de dicta civitate per nobilles et popullares dicte civitatis]. 1311. *Febr.* 20.

In M°CCC°XI. dominus[a] Matheus de Vicecomitibus tamquam vicarius dicti domini[a] inperatoris incepit regere civitatem et comitatum Mediolani per unum mensem tantum. [Eodem[d] millesimo[e], die XXIIII[or] Aprillis dominus[a] inperator habuit Castrum-Leonem et castrum Pizileonis[3]]. Et hoc facto eodem millesimo[f] prefatus dominus[a] inperator die XXVII. Aprillis[4] equitavit cum paratu multarum gentium Cremonam[5], ex eo quod Cremonenses prefati depellerant[g] rectorem[6], qui erat Cremone pro dicto domino[a] inperatore, et signa fecerant inhobediencie versus eumdem. Nobilles autem qui preerant civitati Cremone tunc erant dominus[a] Supramontus de Amatis cum illis de domo sua, illi de Burgo, dominus[a] Poncinus de Ponzonibus, dominus[a] Gulielmus de Cavalcabobus, dominus[a] Gregorius de Summo, illi de Pizenardis. Et quando ipse inperator fuit propinqus[g] Cremone ad quatuor milliaria, exiverunt ipsam civitatem XXIIII[or] de maioribus et sapientioribus civibus Cremone. Inter quos fuit dictus dominus[a] Supramontus de Amatis, qui erat capitaneus[h] totius populi Cremone, et post eum universaliter totus populus dicte civitatis; et quando Cremonenses predicti fuerunt ad iactum baliste dicto inperatori vicini, in lutum maximum eorum corigiis ad colla sua positis et flexis genibus se proiecerunt clamantesque cum toto eius populo ad ipsum inperatorem *Apr.* 24. *Apr.* 27.

a) . d . *c.* b) he *certo legi nequit.* c) cremon *c.* d) *uncis inclusa in marg. interiore (sinistra) ab Alb. suppl.* e) m° *c.* f) M° *c.* g) *sic c.* h) cap *c.*

1) die sabbati, die 18. mensis Febr. *Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 102, *sed dies sabbati a.* 1311. *fuit Febr.* 20. *Die Febr.* 25. *hoc factum esse tradit Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 21. 2) *In catalogo vicariorum, LL. Const. IV,* 1, *p.* 534, *nr.* 579, *Franciscus marchio de Cauresano dicitur vicarius Cremonensis.* 3) *Die* 26. *Apr. constituti sunt procuratores Pizileonis castri, qui imperatori fidelitatem iurarent; Bonaini, Acta Henrici VII. I, p.* 177 *sq., nr.* 112. 4) *Die* 26. *April. potius, ut tradunt Ioh. de Bazzano l. l. p.* 103. *et Fragm. Cremon., SS. XVIII, p.* 808, *et Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 22. 5) *Ad sequentia cf. Iac. Malvec. IX,* 4, *l. l. col.* 967; *etiam Chron. Est., Muratori, SS. XV, col.* 372; *Ioh. de Bazzano l. l. p.* 103, *etc.* 6) *Cf. supra l.* 1 *sqq.*

1311. atque postulantes 'misericordiam, misericordiam'[1]. Ipse autem inperator ab allia[a] parte vie transivit versus pre-
*f. 186'. dictos misericordiam *clamantes, eius faciem non volvendo, et equitavit versus Cremonam, in luto relictis dictis XXIIII^{or} magnis civibus. Qui XXIIII^{or} cives, inter quos fuit dictus dominus[b] Supramontus de Amatis, fuerunt de mandato inperatoris inmediate ligati et conducti ad diversos carceres districtus Cremone, et dictus dominus[b] Supramontus ligatus conductus fuit et positus in carceribus in quadam rocha Castri-Leonis districtus Cremone; qui carceribus crudeliter omnes quasi vitam in parvo tempore finierunt[2]. Et plures maiorum Cremone, qui erant indomiti et reliquis alliis maioribus minus prudentes, scilicet domini Gullielmus et Iacobus et fratres de Cavalcabobus et dominus[b] Poncinus de Ponçonibus, Gregorius de Summo, Iacopinus de Persico, Lionardus de Piçenardis, cum multis alliis civibus Cremone tunc aparuerunt sapientiores, ex eo quia exiverunt Cremonam nolentes[c] obedire mandatis ipsius inperatoris, et equitaverunt Vitalianam quasi omnes predicti[d·3]. Prefatus dominus[b] inperator de hiis civibus nobilibus sic captis et carceratis non contentus dictam civitatem explanari[e] facere voluit atque incepit. Set precibus aliquorum nobilium, principum et baronum Lonbardorum et maxime Papiensium suum propositum mitigavit. Hoc facto prefatus vero inperator habito Cremone dominio, dominus[b] Tebaldus de Bruxadis, civis et nobillis Brixie et conpater dicti domini[b] inperatoris, qui factus erat dominus[b] dicte civitatis vicariatus nomine pro ipso domino[b] in-
(*Febr.* 24). peratore[4], dictam civitatem domino inperatori[f] rebellavit
Ps. 135, 20. et se opposuit. Unde dominus[b] inperator cum *manu*
Maio. forti *et brachio excelso* eodem millesimo de mense Madii per Soncinum et Urceas transeundo Brixiam equitavit, sine mora[g] et ibi pars magna civitatum Lonbardie ad obsidendum dictam civitatem Brixie se posuerunt. [Erat[h]

a) *seq.* uia *delet.* b) . d . *c.* c) nolentes *alio atramento ab Alb. in marg. suppl.* d) *seq.* Prof *delet.* e) *seq.* u *delet.* f) *seq.* reue *delet.* g) *sic distinctum in c. ut scripsi.* h) *uncis inclusa in marg. exteriore (dextra) non multo post ab Alb. suppl.*

1) *Cf. Nic. de Butrinto ed. Heyck p.* 22; *Ioh. de Cermenate ed. L. A. Ferrai p.* 74—76. 2) *Cf. Nic. de Butrinto l. l. p.* 29—31. 3) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 23, *l. l. col.* 977. *K. W.* 4) *Vicarius Heinrici VII. fuit Albertus de Rovoliono de Castrobarco, LL. Const. IV,* 1, *p.* 534, *nr.* 579; *Iac. Malvec. IX,* 3, *l. l. col.* 966 *sq.*

quidem dicta civitas muris et turribus fortiter clausa usque ad angulum, ubi oritur aqua fontis[a] Sancti Salvatoris[1], ita quod burgi Sancti Andree et Sancti Mafei in huiusmodi clausura erant conprehensi; et in sumitate montis Sancti Floriani fortillicia quedam erat, a qua fortillicia usque ad angullum erat spacium mirabiliter stacatum et bene clausum et similiter spatium dicti montis a sero parte a dicta sumitate usque ad pusterlam; pro defensione cuius fortallicie[b] scaramutie crudelles multum fiebant super ipsum montem; et super alterum montem versus mane, qui vocatur de Gorsini, ad oppositum intrinsequorum[b] fortillicie morabantur Brisienses extrinseci cum toto suo conatu]. In quo exercitu captus fuit ad unam scaramuziam dictus dominus[c] Tebaldus de Bruxadis, dominus[c] et capitaneus dicte civitatis, quem[b] dictus inperator dividi fecit corpus eius in quatuor partibus[2], deinde manganare fecit intra civitatem predictam dictas partes[d] corporis dicti domini[c] Tebaldi. Post paucos dies ad consimile badaluchum[e] scharamuzando captus fuit quidam nepos inperatoris[3] et conductus in civitate predicta et clamore populi fuit decoriatus et divisus per plures partes, deinde proietus[f] cum quodam mangano sub tenda seu paviono dicti inperatoris fuit. Post vero multas crudelitates et intollerabilles malicias et mortalitates hinc inde perpetratas et factas — tamen ipsa civitate obsessa circumquaque — post IIII^{or} menses[g] et die XXIIII^{or} Septembr.[h] in manibus dicti inperatoris cum certis pactis se posuerunt per IIII^{or} cardinales editis[i] et ordinatis, quorum pactorum precipiendi arbitrium in voluntate sua de voluntate partium ipsi cardinales retinuerunt[4]. Et sic dictus dominus[c] inperator dominium habuit civitatis Brixie. Dictus namque inperator existens cum baronibus et gentibus suis in Brixia

1311. (*Iun.* 14). *Sept.* 24.

a) fonti9 *c.* b) *sic h. l. c.* c) . d . *c.* d) *seq.* sui *delet.* e) baḋaluchum *c.*, *quod fortasse* bandaluchum *legendum est.* f) *sic c. pro* proiectus. g) *seq.* et dies *delet.* h) setpb̄r *c.* i) *i. e.* edictis.

1) *Qui oritur ante portam orientalem quondam 'Torrelunga', iam 'porta Venezia' dictam; Am. Amati, 'Dizionario corographico dell' Italia' I, p.* 1013. 2) *Vide sententiam imperatoris datam a.* 1311. *Iun.* 20, *LL. Const. IV,* 1, *p.* 622 *sq., nr.* 653. 3) *Cf. Chron. Est. l. l. col.* 373 *(fabulose):* quidam nepos dicti imperatoris captus fuit a civibus, et assaverunt et comederunt eum; *Iac. Malvec. IX,* 12. 13, *l. l. col.* 971 *sq. Walrami fratris imperatoris vulnerati et mortui Albertus non meminit.* 4) *Sententiam latam vide LL. Const. IV,* 1, *p.* 658 *sq., nr.* 689.

1311. iussit precipitari muros in terram totius civitatis circumquaque cum omnibus portis preter portam Sancti Iohannis et Sancti Andree et Rebuffoni. Ideo quia regie porte vocantur predicte[1]. Postmodum vero eodem millesimo
Oct. 4. die IIII^to^ Octubr. predictus dominus[a] inperator remeavit Cremonam, scilicet in festo sancti Francisci[2]. In maiori ecclesia Cremonensi[b] et in ecclesia fratrum Minorum dicte civitatis lata fuit sententia a dicto domino[a] inperatore et publicata per dominum[a] Ostiensem cardinalem[3] et dominum[a] archiepiscopum Ravenatum[c.4] et guardianum fratrum Minorum Cremone[b] de deliberatione
*f. 187. carceratorum, qui tunc *erant carcerati in civitate et castellis dicte civitatis Cremone et alibi[5]; que non fuit
(Oct. 6). in aliquo observata. Deinde equitavit Placentiam, et sic remansit dominium civitatis Cremone in manibus domini[a] Galeazii et alliorum Gubellinorum[c] Cremone.
(Oct. 21). Deinde dictus inperator Ianuam equitavit, facto precepto LXX viris civibus civitatis Brixie, nobillibus maximis et popularibus, quod ipsum inperatorem sub pena vite quocumque iret sequerentur[d]. Et sic secuti eum fuerunt usque Ianuam et ibi existentes de vicino motu ipsius inperatoris sencierunt[e] versus Romam volentis accedere. Unde una die de Ianua omnes Brixienses concorditer recesserunt, nulla obtenta licentia a dicto inperatore, et reversi sunt ad partes Parme[e] aut Placentie aut Terdone diversis modis et viis[f.6]. Et predictorum quedam pars applicuit Vitalianam, ubi Cremonenses multi erant congregati[7], et quedam pars, non tamen[g] palam, venerunt versus Brixiam et versus riperiam lacus Guarde; non audebant manifeste conparere alicubi districtu[h] Brixie. Eodem autem millesimo[i] dominus abbas Iverardus de Confanoneriis monasterii[k] sancti[e]

a) .d. *c.* b) cremon̄ *e.* c) *sic c.* d) sequeretur *c.* e) *seq.* pme *delet.* f) (nii *delet.*) uniis *c.* g) tm (tantum) *c.* h) *sic (non* in distr.*) c.* i) M° *c.* k) mon̄ *c.*

1) *Eadem fere dicit Iac. Malvec. IX,* 18, *col.* 975. 2) *Hunc diem etiam Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 106, *habet; sed Iac. Malvec. IX,* 19, *col.* 976: secunda die mensis Octobris. *Etiam die Oct.* 3. *Heinricus Soncini fuit: LL. Const. IV,* 1, *p.* 667 *sq., nr.* 694. *Unde verum esse videtur quod habet Guerinus Placent. ed. B. Pallastrelli, Chronica tria Placentina p.* 365: Cremonam die 4. Octubris aplicuit, dehinc die 6. Placentiam ingressus. 3) *Nicolaum Alberti.* 4) *Rainaldum.* 5) *Cf. Albertin. Mussat., Hist. Aug. II,* 9, *Muratori, SS. X, col.* 395. 6) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 19, *col.* 975 *sq.* 7) *Cf. supra p.* 76.

Euphemie civitatis Brixie reversus[a] a Ianua tamquam fugitivus[1], et inmediate omnes Guelfi et Gibellini Brixie fuerunt ad arma super plateam ante faciem ecclesie sancti Petri de dom. Dominus Manuel[2] marchio Malaspine vicarius inperatoris existens non prohibere potuit predictorum zambellum. Capitaneus[b] namque Gibellinorum erat dominus[c] Fredericus de Madiis, episcopus Brixiensis[d], valens et probus in armis. Et dictus dominus[c] abbas una cum Nigro de Bruxatis[e] et Iostachio de Griffis preerat Guelfis, scilicet toto[f] populo Brixie. Finaliter expulsi fuerunt de platea omnes Gibellini predicti et ad pontem de Torzanis ultra Carziam se duxerunt, et ibi facientes tractari de concordia et pace cum rostis et alliis defensionibus se fortifficaverunt. Secunda die gentes in maxima quantitate Brixiam applicuerunt a partibus Pergami[3], Mediolani et Cremone atque a castris districtus Brixie transmisse et intraverunt civitatem, quia non erat adhuc clausuris reffacta. Sentientes autem Guibellini prefati, qui erant ad pontem de Torzanis, ad plateam comunis dictas gentes attingere, sumpta audatia ad ipsam plateam redierunt; et tunc Guelfi videntes ipsas gentes extraneas atingere[g] et exclamare versus predictos 'a la mort', non valentes resistere dictarum gentium insultui in fugam se posuerunt, eundo pro maiori parte versus pusterlam pro accedendo ad montem beate Magdalene. De quibus Guelfis conflictis pauci mortui fuerunt, set multi capti et carcerati domibus singularium personarum Brixie, et multi conducti ad partes fuerunt, unde venerant gentes suprascripte, pro faciendo eos redimi. Fuit namque ipsa civitas universaliter tota spoliata et robata, cuius robatio duravit XV diebus continue die noctuque, conducendo ad partes dictarum gentium omnia spolia cara cum equis et personis, postea cum plaustris pro conducendo banchas, scrineos, leterias, confinos et vasa plurima ad dictas partes, etiam extra districtum Brixie. Et hoc fuit ante nativitatem[h] Domini ad VIII dies vel circha[4], scilicet M°CCC°XI°. Et sic remansit

1311. (*Dec.* 16).

(*Dec.* 17).

a) *supple* est. b) Cap *c.* c) .d. *c.* d) brix *c.* e) *seq. mainscula quaedam littera ignota, quae delenda esse videtur.* f) *sic c.* g) *sic h. l. c.* h) nat *c.*

1) *Ad sequentia cf. Iac. Malvec. IX*, 23, *col.* 976 *sq., tum vero Dönniges, Acta Henrici VII. II, p.* 24 *sqq., nr.* 5. 2) *Maroel vel Moroellus potius dictus.* 3) *Cf. Albertin. Mussat. l. l. V*, 2, *col.* 402. 4) *Dicit rebellionem Guelforum Dec.* 16. *ortam.*

1311. dominium Brixie in manibus Guibellinorum, et Guelfi carentes receptaculo dispersim de una terra sine[a] fortillicia ad alliam amicorum accedebant occulte, et non tantum Brixie, set etiam totius Lonbardie vel quasi.

*f. 187'. *Eodem etiam anno maxima caritudo fuit in Cremona et in alliis certis contratis victualium, sic quod valebat starium frumenti sold. XL, et ad tantum devenit, quod homines euntes per civitatem adherebant muris et pre fame moriebantur.

[Anno[b] Domini M°CCCXI, indictione VIIII[a], civitas Vicentie accepta[1] fuit sub protectione comunis Padue auxilio Veronensium[c] et Mantuanorum. Eodem anno dictus dominus[d] inperator habuit Padue dominium. Deinde ivit Romam causa incoronandi se. Deinde Ia-
(Dec. 14). nuam, ubi obiit domina inperatrix[2]].

1312. Anno autem Domini M°CCC°XI.[e] post festum nativitatis Domini ad parum[f] tempus, scilicet die [Mer-
Ian. 12. 13. curii[g] XII. Ianuarii, in die] sancti Ylarii[3] intraverunt Cremonam illi Guelfi de Cremona, qui se reducti fuerant[h] cum Cavalcabobus, Ponzonibus, Pizenardis[i] et alliis paucis Cremonensibus[k] Vitaliane tempore quo exiverant Cremonam[4], quando dominus[d] inperator ipsam intravit cum gentibus suis. Et hoc modo: [Dum[l] ipsi Guelfi revertentes de Bononia, ubi orta fuit seditio prima inter illos de Cavalcabobus et illos de Amatis, Ponzonibus, Picenardis[i] et illis[m] de Burgo cum alliis Cremonensibus[n], que pars hodie Maltraversia dicitur[o] — que divisio fuit destructio totius partis Guelfe[p] totius Lonbardie —, intraverunt castrum Casalis-maioris districtus Cremone. Deinde] equitaverunt a casu versus Cremonam, scilicet dominus Gullielmus[5] et Iacobus de Cavalcabobus, dominus[d] Poncinus de Ponzonibus cum alliis de domo sua

a) *sic c. (non* siue*).* b) *uncis inclusa in marg. exteriore (sinistra) ab Alb. suppl.* c) veron *c.* d) .d. *c.* e) M°CCC°XII. *radendo corr.* M°CCC°XI. *c.* — *In marg.:* Nota de Cremona. f) *sic* (parū) *c., forte Alb.* paruum *scribere voluit.* g) (X *delet.*) mercurii — in die *ab Alb. in marg. post suppl.* h) *sic c. pro* reduxerant. i) *sic h. l. c.* k) cremon. *in marg. ab Alb. suppl.* l) *uncis inclusa in marg. interiore (dextra) ab Alb. suppl.* m) *sic c.* n) ◦remon̄ *c.* o) dr (dicitur) *ab Alb. superscr.* p) *seq.* tamen *delet.*

1) *i. e. soluta, liberata a protectione Paduae.* 2) *Margareta, quae obiit die Dec.* 14. *Cf. supra p.* 78, *l.* 17—23, *ubi imperator Ianua Romam irisse recte dicitur.* 3) *Dies Mercurii a.* 1312. *quidem fuit Ian.* 12, *sed dies Hilarii papae est Ian.* 13, *et hoc die Guelfos Cremonam cepisse tradunt Ioh. de Bazzano l. l. p.* 106 *sq. et Sagacius de Gazata l. l. col.* 24. 4) *Cf. supra p.* 76, *l.* 19. 20. 5) *de Cavalcabobus marchio.*

et certis alliis paucis Cremonensibus, qui secum erant. 1312.
Et dominus Coradinus de Confanoneriis cum certis Brixiensibus secum existentibus et cum certis expulsis de Crema, quorum numerus non fuit ultra LXX armigeros, set secum erat multa quantitas peditum; — qui equitantes versus Cremonam animo tantum extrahendi gentes illas post se, que tunc erant Cremone, quasdam mulieres invenerunt, que veniebant a civitate predicta, que ipsis millitibus dixerunt: 'Caveatis vobis, quia gentes Cremone equitaverunt versus Puteum-Barontium'. Tunc ipsi extrinseci Cremone subito sumpto conscilio equitaverunt recte Cremonam et eandem absque repulsa viriliter intraverunt [1]. Et cuncurentes[a] per civitatem ipsam, quousque ad plateam comunis[b] fuerunt, et ibi maximum prelium fuit; set tandem victoria habita optinuerunt dominium dicte civitatis Cremone, expulso domino[c] Galeazio sive domino[c] Azone, eius fillio, de Vicecomitibus de Mediolano, dominis et regentibus ipsam civitatem pro domino[c] inperatore Henrico. Gentes autem Guibellinorum, que versus Puteum-Barontium equitaverant, habito novo de amissione civitatis Cremone per modum naratum, ad castra suorum amicorum se reduxerunt.

[Anno[d] Domini supradicto, die XVI. Martii dominus[c] Gulielmus de Cavalcabobus cum[e] domino[c] Venturino et duobus suis filliis de Fonduliis de Soncino et cum certis alliis militibus Cremone intraverunt castrum Soncini, et facto introitu, et[a] ex quodam tractatu illi[f] de Barbobus fecerunt asentire [2] domino[c] inperatori; qui dominus[c] inperator dictum castrum donavit comiti Guarnerio [3], ut ipsum liberaret a manibus Guelforum [4]. Unde dictus comes veniens cum maxima comitiva intravit castrum predictum, et finaliter dictus dominus[c] Gulielmus fuit ibi interfectus, et dicti dominus[c] Venturinus cum duobus suis fuerunt laqueo suspensi [5]]. *Mart.* 16. *(Mart.* 17*).*

a) *sic c.* b) *seq.* ubi *delet.* c) . d . *c.* d) *uncis inclusa in marg. interiore (dextra) ab Alb. suppl.* e) *seq.* a(?) *delet.* f) *sic c.; lege* illos.

1) *Ad praecedentia cf. Iac. Malvec. IX,* 24, *col.* 977, *tum etiam Ioh. de Cermenate c.* 43, *l. l. p.* 99 *sq.; Fragm. Cremon., SS. XVIII, p.* 808, *ubi haec die* 12. *Sept. facta esse miro errore dicuntur.* 2) *i. e. recedere a, Italice* assentare (assentarsi). *A.* 1311. *Oct.* 3. *enim Henricus hoc castrum liberatum* in cameram suam et imperii *receperat, LL. Const. IV,* 1, *p.* 667 *sq., nr.* 694. 3) *De Homberg, capitaneo Henrici regis in Lombardia.* 4) *Quod castrum antea a Guelfis non tenebatur.* 5) *Cf. Ioh. de Cermenate c.* 46—48, *ed. Ferrai p.* 102—106; *Ioh. de Bazzano l. l. p.* 107, *qui diem pugnae tradit.*

1312. Post dictum civitatis Cremone introitum ad paucos dies non habentes Guelfi Brixienses[a] receptaculum ullum in districtu Brixie manifestum intraverunt locum Sancti Petri in monte, et tunc ville circumvicine dicti loci et circumstantes ceperunt audactius[b] ipsis Guelfis dicto loco congregatis favorem prestare rerum et personarum. Ex quo dicti Guelfi de montibus condesendentes[c] magnam guerram faciebant illis locis et villis, que recusabant favorem prestare. Dicto anno, videlicet circha medium *Febr.* mensis Februarii, intraverunt Asulam[1] et tunc exules omnes ad guerram faciendam apti et dispositi civitatum Parme, Regii, Placentie, Laudis, Creme et Pergami ac totius territorii Brixiensis; favebat enim totis viribus dictis Guelfis dominus[d] Passarinus de Bonacorsis, capitaneus et generalis dominus civitatis Mantue, occulte tamen. Et illo tempore congregate per mercatores Lonbardie erant magne et multe mercimonie diverse condictionis[b] in civitate Mantue, volentes transire ad partes omnes versus sero, scilicet Mediolanum, Pergamum, Cumas etc., et ipsis merchatoribus prebuit idem dominus[d] Pasarinus[e] societatem magnam gentium cum equabus et conductores dictarum mercimoniarum pro reddendo dictos mercatores securos. Intrinseci autem Asule Guelfi congregato toto suo posse gentium pro agrediendo et aufferendo dictas mercimonias accesserunt ad partem, per quam transire debebant predicte mercimonie, iusta[f] hospitale vocatum Lachade, et ibi Guelfi predicti agressi fuerunt dictos mercatores et eorum mercimoniarum conductores; et sic conflictis gentibus, que tueri debebant res dictorum mercatorum, et captis multis mercatoribus et magnam[b] partem[b] bibulcorum[b], conducte fuerunt ipse mercimonie cum plaustris et bobus Asulam. De quarum mercimoniarum precio equis et armis predicti se munierunt; tunc hoc facto guerram magnam fecerunt 1313. undique pedester et equester concurentes, et finaliter in *(Oct. 6 — Dec. 16).* capite de mensibus XXII pacem et concordiam fecerunt cum multis parentelis Guelfi cum Ghibelinis[g] in Gusiago[2], ubi congregata erat pars[h] extrinseca Guelforum, con-

a) *in marg.:* Nota de Brixiensibus. b) *sic c.* c) ɔdesendentibus *statim ab Alb. corr.* condesendentes. d) .d. *c.* e) *sic h. l. c.* f) *i. e.* iuxta. g) *seq.* etcꝛ prout infra dicetur *delet.* h) pax *c.*

1) *Cf. Iac. Malvec. IX, 25, l. l. col. 977 sq.* 2) *Cf. Iac. Malvec. IX, 25. 26, l. l. col. 978 sq.; Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p. 322 sqq.*

iunctis locis et villis totius Francie-curte et superatis multum intrinsecis; que pax facta fuit de Gubelinis ad Guelfos et e converso, et acceptus fuit concorditer per utramque partem dominus[a] Iohanes de Lucino Cumanus in potestatem Brixie per unum annum duraturum[b]. Et hec pax duravit mensibus XXVIII tantum, scilicet uno anno prius sub ipso domino[a] Iohane de Lucino et uno anno sub domino Albrico de Polenta et IIII^{or} mensibus sub domino Gualteroto marchione de Monticulo marchie Anchonitane; quibus IIII^{or} mensibus finitis expulsi fuerunt Guibellini de Brixia[1]. 1313. 1314. 1315. 1316.

[Anno[c] Domini M^{o}CCCXIIII, indictione XII, dominus Robertus rex Neapolitanus erat civitatis Cremone dominus generalis, cuius regis vicarius in dicta civitate dominus[a] Bertolinus de la Ture[2]]. 1314.

*Anno Domini M^{o}CCC^{o}XV° die VII°[d] Decembr. nobilis vir dominus[a] Iacobus de Cavalcabobus marchio concorditer a populo Cremonensi electus fuit[e] in dominum et rectorem civitatis Cremone[3]; de qua electione dominus Poncinus de Ponzonibus, licet esset cognatus dicti domini[a] Iacobi, indignatus una[f] cum alliis nobillibus dicte civitatis recessit de Cremona et intravit[g] castrum Soncini et allia castra diocesis Cremonensis[h] revellavit[i. 4]. Sic ex illa die incepit divisio[k] et destructio nobillium partis Guelfe Cremone et non tantum civitatis Cremone, set etiam totius Lonbardie. Unde illud evangelicum: *Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet;* et submisit[5] se Gubellinis expulsis civitatum Lonbardie et maximam guerram fecit civitati Cremone. *f. 188. 1315. Dec. 7. Luc. 11, 17.

Anno vero Domini M^{o}CCC^{o}XVI. primo mensis Febr.[l], tractatu multis diebus durato, intraverunt Cremonenses civitatem Brixie[6] per portam Torlongne una 1316. Febr. 1.

a) .d. *c.* b) *scil.* potestatem. c) *uncis inclusa alio atramento in marg. inferiore ab Alb. post suppl.* d) *seq.* setpbr *delet.* e) electus fuit *bis scriptum, alterum delet.* — *In marg.:* Nota de discordia Cremonensium. f) unaa *c.* g) *seq.* soncinu *delet.* h) cremon *c.* i) *sic c. pro* rebellavit. k) diuisioem et destructioem *corr.* diuisio et destructio *c.* l) *in marg.:* Nota de Brixiensibus.

1) *A.* 1316. *Febr.* 1; *vide infra l.* 31 *sqq.* 2) *Cf. L. Astegiano, Cod. dipl. Cremon. II, p.* 207. 3) *Cf. Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 28 *sq.* 4) *Cf. Albertin. Mussat. VII,* 20; *Muratori, SS. X, col.* 677. 5) *Scil. pars Poncini, dicta Maltraversia.* 6) *Cf. Ioh. de Bazzano l. l. p.* 120 *sq., qui diem hoc loco traditum habet; Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 379; *Albertin. Mussat. VII,* 21, *col.* 678 *sq.*; *'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 330.

1316. *Febr.* 1. cum maxima comitiva peditum riperie lacus Guarde et Franciecurte et aliqui Parmenses secum hora medie noctis. In quo puncto Gubellini cum stipendiariis omnibus reduxerunt se ad plateam comunis, et Guelfi ad dictam portam pro accipiendo intus dictas gentes; quibus intratis, accesserunt viriliter ad ipsam plateam, resistentia predictorum Gibellinorum parum durante; ad introitum dicte platee conflicti fuerunt dicti Guibelini et expulsi de platea et de partibus omnibus dicte civitatis et reduxerunt se ad terras et loca Ysei, Palazolli, Clarum, Roche-franche, Urcearum et Quinzani et ad terras abbatie Leni et Calvisani[1].

1316. *Maii* 31. Eodem vero millesimo[a], ultimo Madii[b] dominus Iacobus de Cavalcabobus repudiavit dominium civitatis Cremone in domino Guberto de Corigia[2]. Et eodem *Iun.* 23. millesimo[a] in vigilia sancti Iohannis Baptiste[c.3] gentes domini Cani[d] de la Schalla et domini Passarini de Bonacorsiis, domini[e] Mantue, una cum domino[f] Poncino de Ponzonibus et cum multis alliis malis Cremonensibus intraverunt districtum civitatis Cremone et derobaverunt districtum predictum multum et enormiter; occaxione dictarum spoliarum monasterium sancti Laurentii Cremonense[g] passum est maximum dapnum[d], ignem ponendo in domibus ruralibus. Eodem autem millesimo[a], die *Oct.* 24. XXIIII^{or}[h] Octubris dicte gentes recesserunt ab obsi- *(Aug.).* dione[i] dicte civitatis[4], et post pauco tempore pax facta et firmata fuit inter Cremonenses intrinsecos et extrinsecos, que appellata fuit paxeta; que male fuit observata. Et tempore istius pacis in comuni concordio utriusque partis factus fuit rector et administrator dicte civitatis, qui tunc vocabatur abbas populi Cremone, do-

a) M° *c.* b) *in marg.:* Nota de Cremonensibus. c) batpe *c.* d) *sic c.* e) dñs *corr.* dni *c.* f) .d. *c.* g) cremoñ *c.* h) *seq.* Iunii *delet.* i) ossidione *corr.* obsidione *c.*

1) *Cf. Iac. Malvec. IX, 29, col.* 981 *sq.* 2) *Cf. Chron. Estense l. l. col.* 379; *Albertin. Mussat. VII,* 20, *l. l. col.* 678; *'Cron. di Bologna' l. l.; Chron. Parmense ed. Bonazzi (Rerum Ital. SS. ed. nova IX, 9) p.* 145; *Sagacius de Gazata col.* 29; *'Ist. di Parma', Muratori, SS. XII, col.* 733. 3) *Die Iun. 29. hoc factum esse tradit Ioh. de Bazzano p.* 122. *Cf. Albertin. Mussat. VII,* 19, *l. l. col.* 676; *Sagacius col.* 29. 4) *Mirum quam falsa haec. Iam Iul.* 1. *Canis de Scala et Passarinus recesserunt e territorio Cremonensi (cf. n.* h*), iam mense Aug. pax facta est inter hos et Cremonenses Guelfos et Cremonenses Gibellinos expulsos; cf. Fragm. Cremon., SS. XVIII, p.* 808, *de qua pace etiam aliquot praedictorum auctorum referunt.*

minus[a] Egidiolus de Piperariis, civis Cremonensis[b], et tunc reversus est dominus[a] Poncinus cum parte sua Cremone.

Anno Domini M°CCC°XVII. dominus Iacobus de Cavalcabobus et dominus[a] Aloysius cum alliis de domo sua, consentiente inter allios dominus[a] Gregorius[c] de Summo cum certis alliis Cremonensibus[b], die XVI. Madii[1] cum auxilio quorumdam aliquorum[d] nobillium civitatum Lonbardie manu armata intraverunt plateam comunis Cremone, existente domino[a] Egidiolo prefato super arengherio cum intentione removendi predictos a furore, super quo arengherio fuit interfectus a gentibus dictorum de Cavalcabobus. Deinde dictus dominus[a] Aloysius interfecit dominum[a] Leonardum de Picenardis[e], cognatum eius, et Bacharinum de Piçenardis[e] et dominum Giricum de Pedecanis et dominum[a] Egidiolum de Alamanis et certos allios Cremonenses; a quo furore tamquam cautus dominus[a] Poncinus de Ponzonibus[f] cum aliquibus fugam aripuit extra civitatem predictam. Set statim, quasi incontinenti, die XX. Madii dominus[a] Philiberius Barbubus[g] de castro Soncini dedit castrum predictum dicto domino[a] Poncino et amicis suis. Deinde habuit castrum Castrileonis et sociavit se cum Gubellinis et fecit magnam guerram civitati predicte, de[h] expulsis de dicto castro Soncini tota parte Guelfa. 1317. *Maii* 16. *Maii* 20.

*Anno Domini ab incarnatione M°CCC°XVII. die XV. Iunii[2] dominus[a] Henricus inperator ad castrum . . . . .[i.3] in Tuscia a quodam fratre Minore, prout fertur, volente dictum inperatorem de corpore Christi potionata hostia et non consecrata[k], veneno recepto interiit[l]. *f.* 188'. 1313. *Aug.* 24).

*Anno[m] Domini ab incarnatione M°CCC°XVI. [die[n] VII° Aug. fuit electus et coronatus fuit atque benedictus] die V. Septembr.° Iohanes papa XXII[us], natione . . . . .[i], ex patre . . . . .[i], successit Clementi pape *f.* 189'. 1316. *Aug.* 7. *Sept.* 5.

a) . d . *c.* b) cremon *c.* c) *sic c.* d) *sic c., forte Alb.* aliorum *scribere voluit.* e) *sic h. l. c.* f) *seq.* fu *delet.* g) de Barb. *legendum; cf. supra p.* 81, *l.* 28. h) *sic c.; aut delendum aut* et *forte emendandum.* i) *spatium nomini inserendo vacat.* k) interimere *vel simile verbum supplendum.* l) *reliqua pars maior paginae* 188. *versae et pagina* 189. *recta vacant.* m) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* n) *uncis inclusa alio atramento aquoso in marg. superiore ab Alb. post suppl.* o) setpbr *c.*

1) *Eundem diem habet Fragm. Cremon., SS. XVIII, p.* 808. 2) *Henricus imperator a.* 1313. *die Aug.* 24. *defunctus est.* 3) *Bonconventum.*

1316. quinti[a] Henrico inperatore inperante, qui proprio nomine vocabatur Iacobus [de Caturco[b]]. Hic Iohanes papa fuit homo industriosus et mondus, symoniam fugans, iustitiam amans, scientia magnus, statura pussillus, con t e m ptu[c] magnanimus[1]. Eodem vero anno dominus[d] Egidius de Madalbertis[e], civis Cremonensis, creatus fuit episcopus dicte civitatis[2]. [Hic[f] nissus fuit toto cordis afectu contra tyrampnos].

1313. (*Aug.* 24.) Anno Domini M°CCC°XVII. die XV. Iunii dominus[d] Henricus inperator viam universe carnis ingressus est[3].

1317. Eodem anno dominus[d] Canis de la Schala, dominus[d] Verone, venit ad obsidionem civitatis Brixie et Gaydi et optinuit dominium dicti Gaydi et omnium terrarum plani Brixie, exceptis castris Pontivici et Asule, et hoc *Apr.* fuit de mense Aprilli[4].

Anno vero M°CCC°XVII. ut supra, pontificatus dicti domini[d] Iohanis[g] anno secundo, publicate fuerunt *Oct.* 7. Avinioni Nonis Octobr. constitutiones editas[a] per dictum condam dominum[d] Clementem papam quintum, quia eius vita fuit brevis, quia morte ante publicationem dictarum constitutionum preventus. Ideo dominus[d] Iohanes papa XXII[us], successor eius, dictas constitutiones publicavit, et liber dictarum constitutionum vocatur Clementine.

Nov. 5. Eodem[h] vero M°[CCC°XVII.][i] die V. Novembr. quidam Cremonenses[k] extrinseci, amici illorum de Cavalcabobus, existentes [numero[l] CC vel circa] in castro Robechi districtus Cremone, intraverunt terram Olmenete dicti districtus et circumdederunt quandam turim illorum de Zuchellis volentes capere quendam Nicholinum de Burgo cum XXVIIII° peditibus; finaliter capta fuit

a) *sic c.* b) de Cat. *in marg. ab Alb. suppl.* c) conceptu *Ioh. Andr.* d) . d . *c.* e) *in marg.:* Nota de episcopo Cremoñ. f) *uncis inclusa alia manu (non Alberti), ut videtur, suppl. — Post haec spatium trium versuum vacat.* g) *seq.* pu *delet.* h) *haec* — reversus est Cremonam *(p. 87, l. 14) post sequentem locum a.* 1318. *(p. 87, l. 15—20) scripta sunt in c., sed ad haec in marg. adscripta* supra in tali signo D-, *quod quidem signum post* Clementine *non invenitur, sed in marg. signum rubricae* ¶. i) CCC°XVII. *in marg. ab Alb. suppl.* k) cremon *c.* l) *uncis inclusa in marg. ab Alb. suppl. paululo superius quam* existentes, *quo versus finitur, nullo signo apposito, quo indicetur, ubi haec inserenda sint.*

1) *Haec exscripta sunt ex Iohannis Andreae praefatione in Clementinas, Baluzius, Vitae paparum Avenion. I, p.* 689. *K. W.* 2) *Sed teste Conrado Eubel, Hierarchia catholica p.* 222, *demum a.* 1318. *Iul.* 18. *a Iohanne XXII. papa confirmatus est. De eo vide iam supra p.* 72 *sq.* 3) *Eadem falsa iam supra p.* 85, *l.* 26 *sqq.* 4) *Cf. Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 122 *sq., qui mense Maio Canem hanc expeditionem fecisse dicit; Ferretus Vicent., Muratori, SS. IX, col.* 1171; *Iac. Malvec. IX,* 39, *col.* 984; *Spangenberg, 'Cangrande della Scala' I, p.* 123.

dicta turis cum illis hominibus, qui erant in dicta turi, 1317.
et dictam turim conbusserunt. Hoc audiens dominus[a]
Poncinus, dominus Cremone, cum tota sua gente equi-
tavit ad dictam terram obviam dictis gentibus ebriosis,
et pro maiori parte fuerunt interfecti et alios[b] capti,
sic quod in illa die pars Guelforum habuit maximum
conflictum et dapnum[b]. Item eodem millesimo[c] dictus
dominus[a] Poncinus de Ponzonibus die XVIII. Novembr. *Nov.* 18.
intravit castrum Sancti Bassiani districtus Cremone.
Item eodem millesimo[c] dictus dominus[a] Poncinus in-
travit terram Polixini Sancti Viti[d] districtus Cremone,
et interfecti fuerunt circa CC homines illius terre, et
fuit spoliata[e] omnibus rebus. Deinde posuerunt eam
igni, et cum maxima victoria reversus est Cremonam.

Anno[f] vero M°CCC°XVIII. die quarto Aprillis[1] 1318.
dominus[a] Poncinus de Ponzonibus cum alliis Gubellinis *Apr.* 4. (9).
et Maltraversiis propter peccata regentium mirabiliter
Cremonam intravit, expulsis illis de Cavalcabobus cum
domino[a] Guberto de Corigio et cum tota parte Guelfa;
et sic illa die mutatus fuit status civitatis Cremone.

Anno Domini M°CCCXVIIII[or] dominus Gubertus 1319.
de Corigio cum auxillio et favore domini[a] regis Roberti *(Oct.).*
cum gentibus Bononiensibus et Tuscie in servitio partis
Guelfe totius Lonbardie et cum auxilio etiam sancte
matris ecclesie habuit dominium Brixie[g] una cum vicario
dicti domini[a] regis, qui vocabatur dominus[a] Iohanes de
Aquablancha, et habito dominio dicte civitatis equitavit
ad castrum Gaydi, post VIII dies habuit castrum Gaydi,
captis in eodem et reductis ad carceres Brissie[g] multis
nobillibus et popularibus viris Guibellinorum Briscie[g].
In quibus carceribus steterunt predicti VII annis, men-
sibus VIIII[or] et diebus X[2]. Item eodem millesimo[c]
de mense Novembr.[3] dictus dominus[a] Gubertus cum *Nov.* (23).
auxillio suprascriptorum, sancte matris ecclesie et do-

a) . d . *c.* b) *sic c.* c) M° *c.* d) sči Viti *in marg. ab Alb. suppl.* e) *seq.* ma *delet.* f) *cf. supra p.* 86, *n.* h. — *In marg.:* Nota de Cremon. g) *sic h. l. c.*

1) die dominico 9. Aprilis *hoc factum esse Ioh. de Bazzano l. l. p.* 130. *et Sagacius de Gazata l. l. col.* 30. *tradunt.* 2) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 52, *col.* 992 *sq.* 3) Die Veneris XXIII. Novembris et nocte precedente *hoc factum esse tradit Chron. Parm. l. l. p.* 160 *sq., quocum convenit Guerinus, Chronica tria Placentina p.* 409 *(Nov.* 23*), non multum differt Sagacius de Gazata col.* 31 *(Nov.* 22*); Ioh. de Mussis, Muratori, SS. XVI, col.* 492, *et Ioh. Agazzari (ed. A. Bonora, Parmae* 1862*) p.* 38. *Nov.* 24. *Cf. Iac. Malvec. IX,* 53, *col.* 993.

*f. 190. mini[a] regis Roberti una[b] *cum domino[a] Iacobo de Cavalcabobus et cum domino[a] Simonino de la Ture intraverunt a duabus partibus civitatem Cremone, expulsis inde[c] domino[a] Poncino et alliis Maltraversiis et Guibellinis.

1321. Sept. 1. Item M°CCC°XX. die primo mensis Septembr.[d] dominus[a] Galeazius de Vicecomitibus, dominus et capitaneus generalis civitatis Mediolani, una cum domino[a] Poncino de Ponzonibus cum tota sua parte et cum Guibellinis Cremone, cum toto suo perforcio venit ad obsidionem Cremone[1] et castra metavit se[e] ubi nunc est monasterium[f] sancti Iohanis de Pipia in suburbio dicte civitatis, et ibi fecit fieri bastitam unam, que vocabatur Venzeghera; et finaliter dictam civitatem ob-
1322. Ian. 12. tinuit per vim die XII. Ian.[g. 2]; set dominatus est dictam civitatem per VIIII[or] menses preter illud territorium, quod possidebat dominus[a] Passarinus[h], dominus[a] Mantue, in districtu Cremonensi[i], quod territorium vocabatur Comitatus, expulsis inde domino[a] Iacobo de Cavalcabobus et domino Guberto de Corigio cum tota parte
1319. (Nov. 23). Guelfa. Eodem autem millesimo[k] dictus dominus[a] Gubertus de Corigio et dominus[a] Iacobus[l] de Cavalcabobus et tota illa pars Guelfa intraverunt Cremonam[m], expulsis foras domino[a] Galeazio et domino[a] Ponzino suprascriptis cum tota parte sua Guibelina[3]. Et tunc
1319. (Dec.) [nobilles[n] tantum et Guelfi] Brixienses recusaverunt in recessu recipere dictum dominum[a] Iohanem de Aquablanca vicarium civitatis Brixie pro domino[a] rege Roberto, set loco eius receperunt dominum[o] Symonem

a) .d. c. b) unaa c. *ut supra p.* 83, *n.* f. c) *seq. littera* p *incepta, non perfecta, deleta.* d) setpbr c. e) in *delet., et ab Alb. superscr.* se. f) mon c. g) *seq.* et *delet.* h) *seq.* q (quod) *delet.* i) cremon c. k) m° c. l) *ad duos versus qui incipiunt* Ia]cobus *et finiuntur verbis* parte sua guibelina. Et tunc *ab Alb. alio atramento post adscriptum:* Vacat. m) *seq. littera* J *deleta.* n) nob. tm et guelfi *in marg. ab Alb. post suppl.* o) *seq.* Iohem tempestam *delet.*

1) *Cf. Guerinus l. l. p.* 414 *sq.* 2) Die sabbati XXIII. Ianuarii *Ioh. de Bazzano l. l. p.* 139, *XVII. Ian. Guerinus l. l. p.* 417 *et Ioh. de Mussis col.* 493. *et Ioh. Agazzari p.* 39: in festo s. Savini (Sabini), *die XVIII. Ian. Sagacius l. l. col.* 32, *die Ian.* 5. *Ioh. Villani IX,* 127 (130) *Cremonam captam esse dicunt.* 3) *Conicio hoc loco iterum relatum esse de civitate a.* 1319. *Nov.* 23. *a parte Guelfa capta, quod iam supra p.* 87, *l.* 32 *sqq. narratum est; unde haec Albertus delevisse videtur (n.* 1). *Nihil relatum reperi de hac civitate a.* 1322. *iterum capta, et Guibertus de Corrigia iam a.* 1321. *Iul.* 26. *mortuus est (infra p.* 90, *l.* 13 *sqq.). Tunc quidem (a.* 1319) *non Galeazius civitati dominatus est.*

Tempestam, militem dicti domini[a] regis, in suum rectorem [1].

Item eodem millesimo[b] de mensibus Iullii et Augusti exercitus domini[a] Mathei de Vicecomitibus et comunis Mediolani ivit ad obsidionem civitatis Vercellarum contra partem Guelfam et contra dominum[a] Philipum de Valosio[c], qui dominus Philipus erat nepos [2] domini[a] regis Francie et postea [3] per obitum dicti regis Francie factus fuit rex Francorum. De quo exercitu durante prefatus dominus[a] Philipus, qui erat in Verzellis cum nobilli exercitu de Francia et ultramontibus, recessit et equitavit cum suo exercitu ad partes Francie. 1320. *Iul. Aug.*

Anno Domini M°CCC°XXI. Dominus potestas Mediolani [4] cum suo exercitu de mense Iun. [5] optinuit et intravit dictam civitatem Vercellarum. Capti et detenti fuerunt dominus[a] Symon et Francischus de Corobiano de Vercellis et aliqui allii et conducti fuerunt Mediolani in carceribus, ubi vitam finierunt. 1321. *Iun.*

Item eodem millesimo[b] reverendus in Christo pater dominus[a] Bertrandus del Pogeto, cardinalis tituli Hostiensis et Veretrensis[c] [6] et legatus pro sancta Romana ecclesia et pro domino[a] summo pontifice domino[a] Iohane pape[c] XXII° in partibus Lonbardie, existens Placentie cum suo exercitu et commitiva maxima armatorum et pugnatorum per fluvium Adue castramentatus est super comitatum civitatis Mediolani in burgo porte Cumane iusta[d] civitatem Mediolani, ubi steterunt per XXX dies cum intrinsecis Mediolanensibus continue scharamuzando. Et in dicto millesimo[b] dominus[a] patriarcha [7] Paganus de la Ture Mediolanensis cum tota domo sua, cum[e] IIII^or^ centum millitibus optimis et ellectis causa eundi cum cruciferratis super territorium Mediolani; et illo anno fuit publicatum crucis signaculum adversus dominum[a] Matheum de Vicecomitibus et eius fillios, qui tunc temporis 1322.

a) . d . *c.* b) m° *c.* c) *sic c.* d) *cf. supra p.* 82, *l.* 26. e) et *delet., ab Alb. superscr.* cū.

1) *Quod iam a.* 1319. *factum esse videtur, postquam civitas Cremonensis Nov.* 23. *capta est (supra p.* 87 *sq.). Vide epistolam Roberti regis ad Brixienses datam a.* 1320. *Ian.* 28, *quam exhibet Iac. Malvecius IX,* 54, *col.* 994. 2) *Consobrinus potius Philippi V. (*1317—1322*) et Karoli IV. (*1322 — 1327*) regum.* 3) *A.* 1327. 4) *Matheus de Vicecomitibus.* 5) *Sagacius col.* 32: de mense Aprilis. 6) *Tunc erat presbyter tituli S. Marcelli, demum a.* 1327. *episcopus Ostiensis et Velletrensis creatus est.* 7) *Aquilegiensis.*

1322. Mediolanum gubernabat. Cui domino[a] Matheo favorem gentium et victualium dabant Cumani, Pergamenses, Laudenses, Novarienses et Vercellenses. Eodem vero (*Apr. 10*). anno dux Henricus[1] domus Austrie venit Brixie de mandato dicti domini[a] pape cum duobus millibus millitum, qui de intentione ipsius domini[a] pape et Guelforum Brixie nichil fecit, eo quod coruptus fuit a Guibellinis precibus et denariis, sic quod remeavit ad partes pro- *f. 190'. (*Maio*). prias redeundo *per Veronam. Simulavit se velle contra Mediolanenses accedere, et tamen dominium Brixie voluit accipere; set sensus Guelforum prevaluit, ita quod positus fuit extra civitatem Brixie verbis et factis so-
1321. fisticatis. Et eodem millesimo dominus[a] Gubertus de *Iul. 25.* Corigio migravit de hoc mondo in festo sancti Iacobi de Iullio[2]. In quo festo natus est nec non de Parma ultimo fuit expulsus[3].

1322. Anno Domini M°CCC°XXII. [dominus[b] Aycardus archiepiscopus Mediolanensis[c] erat, et eodem millesimo[d]] dominus[a] Matheus de Vicecomitibus, generalis et capita- *Iun. 26.* neus Mediolani, die sabbati XXVI. Iunii[4] viam universe carnis aripuit in monasterio Charsenzago et secrete fuit *Iun. 28.* sepultus propter interdictum ecclesie. Et die XXVIII. Iunii[5] dominus Galeaz Vicecomes, eius primogenitus, in conscilio generali comunis Mediolani factus fuit capitaneus generalis civitatis et comitatus Mediolani. Postea *Nov. 8.* vero die Lune VIII. Novembr.[6] et eodem millesimo[d] in mane factus est motus armorum in Mediolano, quia dominus[e] Symon de Crivellis, Francischus de Garbagnate iuris peritus et aliqui allii nobilles civitatis Mediolani una cum stipendiariis comunis Mediolani ceperunt arma

a) . d . *c.* b) *uncis inclusa (.* d . *c.) in marg. ab Alb. suppl.* c) mediolañ *c.* d) M° *c.* e) ıdı *c.*

1) *Dux Carinthiae, frater Friderici regis electi.* 2) *Die Iul.* 26. *a.* 1321, *ut tradunt Chron. Parm. p.* 163. *et Sagacius col.* 32: *Iul.* 20. *Chron. Veron., Muratori, SS. VIII, col.* 643. 3) *A.* 1316; *cf. Chron. Parm. p.* 146; *Albertini Mussati l. VIII, ed. (re vera non edidit, sed corrupit et vitiavit) L. Padrin (Venezia* 1903*) p.* 4. 4) *Eundem rerum diem habent Guerinus l. l. p.* 419. *et Galvan. Flamma, Manip. florum c.* 361, *Muratori, SS. XI, col.* 728, *aliis alium diem indicantibus: cf. Spangenberg, 'Cangrande della Scala' II, p.* 27, *n.* 1. 5) *Eundem diem tradunt Galvan. Flamma, Manip. fl. c.* 361, *l. l. col.* 728, *et Ioh. Villani IX,* 154 (156), *qui quidem eodem die Matheum mortuum esse falso dicit. Aliter Bonine. Morigia III,* 2, *Muratori, SS. XII, col.* 1119. 6) *De hoc die multi auctores consentiunt.*

contra dominum[a] Galeazium de Vicecomitibus et eius fratres, et ipsi Vicecomites expulsi fuerunt et se reduxerunt ad civitatem Laude, de qua civitate domini erant illi de Visterinis. Postea vero die sabbati Decembr. XI[0][1] et eodem millesimo[b] supradictus dominus[a] Galeaz de Vicecomitibus et eius fratres cum auxilio amicorum suorum et cum stipendiariis comunis Mediolani rediverunt et intraverunt civitatem Mediolani. Et predicti nobilles et cives, qui eos expulerant, fugam aripierunt[c] cum eorum familliis extra civitatem Mediolani. Et postea die Martis XXVIIII[or] Decembr.[2] suprascriptus dominus[a] Galeaz factus fuit protector et defensor civitatis et comitatus Mediolani. 1322. *Dec.* 11. *Dec.* 28. 29.

Anno Domini M[0]CCC[0]XXIII. die Veneris mensis Febr.[3] in mane gentes sancte matris ecclesie et aliqui cives Mediolani cum magno exercitu, qui erant in Caravazio et partibus circumstantibus, qui venerant a partibus Parme et Placentie, transiverunt citra Aduam. In quo transitu nobilis milex dominus[a] Marchus de Vicecomitibus cum exercitu Mediolanensi[d] se opposuit ad resistendum taliter, quod prelium magnum fuit inter eos. In quo prelio interfecti fuerunt dominus[a] Petrus de Rufrignascho, officialis ecclesie, dominus[a] Francischus de Garbagnate iuris peritus et dominus[a] Symon de Crivellis milex; tandem obtinuerunt gentes ecclesie et statim festinanter Modoetiam intraverunt[4]; et sic guerra maxima inchoata fuit inter gentes ecclesie et eorum secutores pro parte una et dominus[e] Galeazius[c] et Marchus[c] et fratres eorum de Vicecomitibus et eorum secutores et amicos pro altera. Postea vero die[f] XV. Marcii multi nobilles cives Mediolani de parte illorum de la Turre cum eorum amicis et secutoribus venerunt Modoetiam pro serviendo ecclesie et se reducendo Mediolanum, si potuissent; et sic guerra magna inchoata 1323. *Febr.* 25. *(Febr.* 27). *Mart.* 15.

a) . d . *c.* b) M[0] *c.* c) *sic c.* d) mediolan *c.* e) *sic* (dūs) *c.* f) *seq.* nono *delet.*

1) *Eundem diem habent Sagazius de Gazata col.* 34, *Ioh. Villani IX,* 182 (184) *(cum varia lectione* 12. di Dec.*), Guerinus p.* 422; *alium diem tradunt Galvan. Flamma c.* 361, *col.* 729 *(Nov.* 10*) et Bonine. Morigia III,* 14, *col.* 1129 *(Nov.* 9*).* 2) *Dies Dec.* 29. *a.* 1322. *fuit dies Mercurii; Ioh. Villani IX,* 182 (184) *dicit die Dec.* 29. *hoc factum esse.* 3) *Die Veneris* 25. *Febr. hoc factum esse quatuor alii auctores referunt.* 4) *Diem huius facti (Febr.* 27*) tradit Ioh. Villani IX,* 189 (191).

1323. *Iun. 9.* fuit et pessima. Postea vero die Iovis nono Iunii nobillis vir dominus[a] Bertoldus comes de Magistretim, dictus de Riffen[b·1], Alamanus, tamquam vicarius domini[a] regis Romanorum venit in civitate Mediolani cum aliquibus gentibus pro defensione civitatis et comitatus Mediolani a gentibus ecclesie et rebellibus inperii. Postea[2] *Aug. 16.* vero die XVI. Augusti exercitus ecclesie et illorum de la Ture et suorum amicorum et sequacium, qui erant in Modoetia, exiverunt Modoetiam et hospitati fuerunt *Aug. 17.* ad locum de Sexto; et postea die sequenti venerunt in suburbiis porte Cumane in mansione fratrum sancti *Aug. 22.* Spiritus. Deinde die XXII. Augusti dominus[a] Galeaz Vicecomes cum suo exercitu exivit civitatem Mediolani et venit ad hospitandum ad monasterium[c] de sancto *Aug. 23.* Victore in suburbiis porte Verçelline, et die XXIII. eius- **f. 191.* dem mensis exercitus ecclesie *recessit et reliquid mansionem sancti Spiritus et reduxit se Modoetiam profuga, quia scorta[3] magna victualium, que conducebatur a terris Seprii, fuit conflicta et robata per gentes prefati domini[a] 1324. *(Febr. 28).* Galeazii. Eodem anno[4] capti fuerunt dominus[a] Raymondus de Cordona, seneschalcus domini[a] regis Roberti, Raymondus de Granata, Raymondus de Vallibus et multi allii, qui erant caporales gentium ecclesie, in quodam prelio facto inter gentes ecclesie et gentes predicti domini[a] Galeazii.

1326. *(Mart. Apr.)* Anno Domini[a] M°CCCXXVI. dominus[a] Azo de Vicecomitibus, fillius domini[a] Galeazii, cum gentibus suis venit ad terram de Roado et allias terras Francie-curte in districtu Brixiensi[d] tractatu quorumdam civium Brixiensium[d], qui dominus[a] easdem multum dampnificavit et alibi conburri fecit[5]. Item eodem millesimo[e] dominus[a] 1314. Lodovicus dux Bavarie Alamanus per electores in in-

a) .d. *c.* b) *sic c.* c) mon *c.* d) brixien *c.* e) M° *c.*

1) *B. de Marstetten, dictus de Neifen, a Ludovico rege missus; cf. Ioh. Victor. V,* 5, *Böhmer, Fontes I, p.* 396; *Bonine. Morigia III,* 21, *col.* 1133; *Ioh. Villani IX,* 211 (212). 2) *Sequentia de rebus mense Augusto gestis solus, quod sciam, Albertus narrat, quae difficile, ut videtur, coniungi possunt cum iis quae reliqui scriptores tradunt.* 3) *Est verbum Italicum* scorta, *'bedeckter Transport'.* 4) *Diem pugnae Febr.* 28. *tradit Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 143; *Febr.* 29. *Ioh. Villani IX,* 238 (239) (a di ultimo di Febraio); *Febr.* 16. *Bonine. Morigia III,* 23, *l. l. col.* 1135. 5) *Cf. Iac. Malvec. IX,* 62, *col.* 998; *Ioh. Villani IX,* 344 (349).

peratorem electus fuit[1] contra voluntatem domini pape; quia[a] caruit benedictione et coronatione inperiali. [ideo[b] merito inperator non debuit appelari nec in cathalogo inperatorum nominari]. Et eodem[c] millesimo[d] dictus dominus[e] Lodovicus venit Mediolanum cum gentibus suis, cum quo fuerunt omnes Guibellini tirampni totius Lombardie et Tuscie; et facto dicto parlamento, una[f] die, dum ipse dominus[e] Lodovicus esset in prandio, potionari voluit[g] cum vino veneno in sciffo mixto a pincerna eius, qui fuit dominus[e] Stephaninus de Vicecomitibus[2]; perpendens autem dominus[e] Lodovicus de huiusmodi falsitate fecit incontinenti dictum dominum[e] Stephaninum[h] cum dicto sciffo bibere vinum sic potionatum et ante conspectum eius detineri, quo usque venenum potatum fecit operationem suam, et sic vitam incontinenti et absque mora vitam[i] finivit[3]. Deinde dominus[e] Lodovicus capi fecit dominum[e] Galeacium[k] cum fratribus suis[4], filliis condam domini[e] Mafei, et incarcerari preter dominum[e] Marchum[l]. 1314. 1327. *(Malv. 17).* *(Ital. 5).*

Anno autem M°CCC°XXVII. dominus[m] frater Ugolinus de ordine Predicatorum factus et electus fuit in episcopum Cremonensem[n], qui fuit Parmensis et satis bene episcopatum pro guerris et condictionibus[o] subsecutis quasi consumptum ad bonum statum reduxit. 1327.

[Anno[p] Domini M°CCCXXXVII. Dominus Pasarinus de Bonacorsis, Mantue dominus[e] generalis, per illos de Gonzagha cum auxilio domini[e] Canis de la Schala interfectus est. Et captus fuit Francischus fillius eius cum abbate Sancti Benedicti de Padolirone[5], naturali fillio 1328.

a) Ideo *delet. et ab Alb. corr.* quia, *quod fecit, cum sequentia uncis inclusa inseveret.* b) *uncis inclusa ab Alb. post in marg. suppl.* c) et Eodem *c.* d) M° *c.* e) .d. *c.* f) una:, *littera (a? cf. supra p.* 88, *n.* b) *erasa c.* g) *seq.* veneno *delet.* h) *seq.* de *delet.* i) *sic iterum c.* k) *sic h. l. c.* l) *seq.* Postea *delet.* m) d' *c.* — *In marg.:* Nota de episcopo Cremon. n) cremoñ *c.* o) *sic c.* p) *uncis inclusa in marg. ab Alb. post suppl., non apposito signo, quo indicetur, ubi haec inserenda sint.*

1) *Etiam infra f.* 196. *Albertus Karolum IV. eo anno regem electum esse opinatus est, quo in Italiam venit, cum Ludowicus iam a.* 1314. *rex electus supra p.* 92, *l.* 4. *dictus sit.* 2) *Frater minor Galeazii.* 3) *Sagacius de Gazata a.* 1329, *col.* 42, *Boninc. Morigia III,* 37, *col.* 1150, *Cont. Bavara III. c.* 7, *MG. 'Deutsche Chron.' II, p.* 344 *sq., quaedam de eodem conatu veneficii tradunt; cf. A. Chroust, 'Der Römerzug Ludwigs d. B.' (Gotha* 1887*) p.* 250. 4) *Iohanne et Luchino.* 5) *Muratori, SS. XI, col.* 116, *in Chron. Bonif. Morani haec habet:* perempto ipso d. Passarino, Franciscum et abbatem Sancti Andreae, eiusdem d. Passarini filios, ... nobilibus de la Mirandula tradiderunt *etc., quae non leguntur in Chron. Bonif. Morani edito 'Cronache Modenesi' I,*

1328. condam domini[a] Botesselle[1], et filliis duobus[2] condam domini[a] Botironi de Bonacorsis, et conducti fuerunt ad Castellarium, extractis carnibus Francischo de persona
Aug. (16). sua, et[b] hoc de mense Augusti[3]. Et abinde citra predicti de Gonzaga gubernaverunt civitatem Mantue, conducentes de die in diem ad mortem multos cives Mantue nobillium et popularium].

1328. Anno vero[c] M°CCC°XXVIII. dictus dominus[a] Lodovicus de Baveria dux dicto et facto et contra Deum et iusticiam[d] in civitate Pissarum[4] quendam fratrem
(Maii 12). Petrum de Corbera ordinis Minorum in antipapam creavit[e] favore populi Romani; qui frater Petrus ab hereticis vocabatur Nicholaus quintus, et apud eum plures cardinales ordinati fuerunt[f], inter quos fuerunt dominus[a] Iohanes de Vicecomitibus[5], qui postea[6] fuit archiepiscopus Mediolanensis[g], et episcopus Veneciarum[7], et allii quam plures prelati. Deinde dictus antipapa[h] privavit dominum[a] Iohanem[i] verum papam XXII[m] de papatu tamquam hereticus[k] nec non et allios episcopos et abbates et allios prelatos cassavit de episcopatibus suis et monasteriis, nolentes sibi adherere nec obedire. Inter allios cassavit predictum fratrem Ugolinum, episcopum Cremonensem[l], et privavit — loco cuius insti-
1329. tutus fuit[8] quidam frater Dondinus in episcopum Cre-
(Ian. 5). monensem[l] — necnon[m] dominum[a] don Abraminum abbatem monasterii[n] sancti Laurentii Cremonensis[o] et dominum[a] don Ghirardum abbatem Sancti Thome eiusdem

a) . d . *c.* b) *seq.* d *delet.* c) *seq.* M°CCC°L *delet.* d) *seq.* pissis *delet.* e) *seq.* q (qui) *delet.* f) *seq.* vȝ (videlicet) *delet.* g) mediolañ *c.* h) *seq.* in ciuitatibus *delet.* i) *seq.* pa *delet.* k) *sic c.* l) cremoñ *c.* m) *seq. littera deleta.* n) moñ *c.* o) cremon *c.* — *Sequitur littera quaedam maiuscula ut supra p.* 79, *n.* e, *quae nescio quid significet.*

nescio an Muratori ex historiis Prisciani Ferrar. assumpserit, neque tamen haec inveniuntur in excerptis ex historiis Prisciani 'Cronache Modenesi' I, p. 353 — 376. 1) *Fratres Passarini (Rainaldi) fuerunt Bottessella (Guido) et Butironus (Bonaventura).* 2) *Guidone et Pinamonte.* 3) *Die Aug.* 16. *scilicet Passarinus occisus et Mantua ab illis de Gonzaga et sociis capta est.* 4) *Immo Romae. Pisis Nicolaus V. antipapa Iohannem Vicecomitem cardinalem creavit, qua re Albertus in errorem videtur esse ductus.* 5) *Qui demum a.* 1329. *Ian.* 19. *cardinalis creatus est; cf. Ioh. Villani X,* 115 (118); *K. Eubel in 'Hist. Jahrbuch' XII, p.* 296. 6) *A.* 1342. 7) *Iacobus de Prato.* 8) *A.* 1329. *Ian.* 5; *cf. K. Eubel in 'Hist. Jahrbuch' XII, p.* 305. *Ioh. Villani X,* 31 (32). *falso dicit iam a.* 1327. *Ludowicum regem episcopum Cremonensem creasse. Dondinus erat frater ordinis Minorum et capellanus Ludowici regis.*

civitatis, et dicta duo monasteria unita fuerunt cum episcopio Cremonensi[a] per dictum antipapam, sic quod maximum scisma positum fuit in ecclesia Romana et in populo Christiano, et dicta donatio et unio facte fuerunt eodem millesimo[b] et die IIII^to^ Idus Ian. 1329. *Ian.* 10.

Anno autem Domini M°CCCXXVIIII^or^ dictus dominus[c] Lodovicus dux Baverie, qui se dicebat inperatorem, venit Cremonam[1] et habuit dominium civitatis Cremone per dominum[c] Poncinum de Ponzonibus; et die sabbati nono Octubr.[d. 2] et eodem millesimo[b] dominus[c] Boracius[3] cum gentibus dicti ducis, qui tunc erat capitaneus Cremonensis[a] et potestas, equitavit ad castrum Questri. In quo castro erat dominus[c] abbas Sancti Laurentii cum familiis suis; et preliando ceperunt dictum castrum et conbusserunt dictum locum et derobaverunt spolliis maximis. Deinde ceperunt et ligaverunt[e] dictum abbatem et omnes allios, quos capere potuerunt, et conduxerunt ad civitatem Cremone in maximum vituperium ordinis clericalis, pro eo quod[f] obedire nolebat dictus abbas antipape suo. Deinde maximis tormentis eum affligebant, tandem conduxerunt eum Parmam[g. 4], et ibi per aliquot dies in carceribus conmorantem[h]. Deinde volebant eum interficere, set gratia Dei fuit precibus beati Laurentii, quod dictus abbas custodes vigilantes carceris, set loqui non valentes[i] — gratia Dei extractus fuit de dicto carcere a duobus fratribus ordinis sancte Marie. Deinde ivit dictus abbas usque Placentiam ad dominum[c] Bertrandum, legatum in partibus Lonbardie pro domino[c] Iohanne papa XXII°. Et sic dictus abbas a manibus inimicorum liberatus est per gratiam Dei. Post captionem dicti castri Questri inmediate equitaverunt ad castrum Robechi destrictus[k] Cremone, quod castrum detinebatur *Oct.* 9. *cf.* 191.

a) cremon *c.* b) M° *c.* c) ,d. *c.* d) ocubr *c.* e) *seq.* eum *delet.* f) *seq.* obob *delet.* g) p^a^mam *c.* h) *sic c.;* commoratus est *Alb. scribere debuisset.* i) *sic c., quibusdam verbis deficientibus.* k) *sic c.*

1) *A.* 1329. *Ludovicus mense Aprili exeunte et mense Octobri Cremonae fuit.* 2) *Oct.* 9. *fuit a.* 1329. *dies Lunae, sabbatum Oct.* 7. *Secundum Ann. Parm. mai. p.* 773. *(Chron. Parm. ed. Bonazzi p.* 200*) imperator inter Oct.* 14 — 18. *Cremonam venisse videtur; sed vide A. Chroust l. l. p.* 237, *n.* 6. 3) *Boraccius comes de Gangalando dicitur a L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae II, p.* 210. *Sed quis iste fuit, certe natione Germanus?* 4) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 772. *(Chron. Parm. p.* 199*):* die Iovis 12. mensis Octobris . . . mariscalcus et gentes Bavari sive imperatoris venerunt Parmam.

1329. per illos de Cavalcabobus et partis Guelfe, volentes capere dictum castrum cum hominibus habitantibus in dicto castro. Set fortitudo et probitas virorum habitantium in dicto castro prevaluit illis gentibus sic, quod recesserunt[a] nichil inde lucri portantes. Eodem autem millesimo[b] dictus dominus Lodovicus recessit de dicta civitate Cremonensi[c] dimitendo dominium dicte civitatis domino[d] Poncino de Ponzonibus et post modicum tempus[1]
1327. ivit Romam conducendo secum fillios domini[d] Mathei de Vicecomitibus, qui erant incarcerati[e], et dimisit atque
1328. relaxavit eos in manibus ducis[f.2] de Castracanibus[g], capitanei civitatis Lucane, conducendo secum fillios dicti ducis, ut fraudem facere sibi non posset[3]; finaliter dictus
(Maii 22). dominus[d] Lodovicus dux Bavarie fuit incoronatus ab isto antipapa in Roma et ibi stetit circa unum annum.
1329. Anno et millesimo[b] suprascripto dominus[d] Canis de la Schalla, dominus civitatis Verone, capta civitate Trevisina[h.4] migravit de hoc mondo, et dominis Alberto et Mastino fratribus dicte civitatis Trivisii[h], Padue, Vicentie et Verone remansit dominium, et hoc de mense
Iul. 22. Iullii in festo sancte Maghdalene[5].
1330. Anno autem ab incarnatione Domini M°CCC°XXVIII[or] dominus Mastinus[6] cum exercitu suo Gavardum, Pantegullas et Gaydum venit et optinuit omnia loca plani Brixie preter Asulam et Pontevicum. Et predicta fuerunt
Maio. Iun. de mense Madii et Iunii, relicta in dicto Gaydo potestate[7].
(Nov). Eodem autem millesimo[b] Brixienses[i] Guelfi transmiserunt ambaxatores IIII[or] [8] Tridentum pro dando et offerendo

a) *seq.* inde *delet.* b) M° *c.* c) cremon̄ *c.* d) . d . *c.* e) *seq.* usque *delet.* f) *seq.* casrac *delet.* g) casoncanibus *(secundum* a *incertum) c.* h) *sic h. l. c.* i) *seq.* trai *delet.*

1) *Abhinc Albertus res a.* 1327. *et* 1328. *gestas tradit, in errorem ductus eo, quod Ludowicus rex etiam a.* 1327. *mense Augusto Cremonae fuisset, quod e memoria Alberti elapsum esse videtur.* 2) *Castrucii. Filios Mathei rex precibus Castrucii, ut videtur, commotus dimisit, qui postea a.* 1328. *ad Castrucium iverunt.* 3) *Hoc falsum. Ipse Castrucius regem Romam proficiscentem secutus est.* 4) *Quam die Iul.* 18. *a.* 1329. *intravit.* 5) *Hoc videlicet die obiit Canis-grandis; cf. H. Spangenberg, 'Cangrande della Scala' II, p.* 128. 6) *de Scala, dominus Veronae.* 7) *Cf. Iac. Malvecius IX,* 67, *col.* 1000; *Hist. Cortus. V,* 1, *col.* 855; *Ioh. Villani X,* 161 (162); *Chron. Veron., Muratori, SS. VIII, col.* 647, *quod tradit Mastinum die* 9. *Iunii et iterum die Sept.* 2. *eiusdem anni in territorium Brixiense profectum esse.* 8) *Quos nominat Iac. Malvecius IX,* 71, *col.* 1002; *cf. ibid. IX,* 70, *col.* 1001 *sq.*

civitatem Brixie domino regi Iohani Boemie, qui tunc ibi erat. Et ante quam idem dominus[a] rex venisset Brixiam, ex parte dicti domini[a] Mastini restituta fuerunt omnia dicta castra ipsi domino regi[1]. [Postea[b] venit quidam eius vicarius ad terram Gaydi. Cui vicario iurata fuit fidelitas per dominum[a] abbatem de Leno[2] et sindicos omnium terrarum abbatie et multarum aliarum terrarum planiciei Brixie]. 1330.

Eodem autem millesimo[c] navicula sancti Petri modicum naufragata, id est sancta mater ecclesia, restituta est ad unionem pacis et caritatis, id est ad[d] sanctissimum dominum[a] Iohanem papam XXII, verum et purum summum pontificem sancte Romane ecclesie, capto et detento in Pissis dicto[e] fratre Petro antipapa et conducto Avinioni ad dominum[a] summum pontificem, *(Aug.).* recepturo in remissione suorum[f] peccatorum penitentiam salutarem. Et inter allias penas dicto fratri Petro illatas[g] duae[h] fuerunt, quarum una fuit, quia predicavit publice erorem suum quam pluries, deinde equitavit per totam civitatem Avinioni clamando et portando in manibus ambabus duos campanellos: 'Si quis vult et desiderat[i] proditorem sancte matris ecclesie, 'de domibus foras *f. 192.* exeant[h]', et sic fecit quam pluries in diebus solempnibus[3]. Finaliter in palatio domini[a] pape positus fuit in carceribus, ubi suam vitam finivit.

Anno autem M°CCC°XXX° dictus dominus[a] Lodovicus dux Baverie, qui appelabatur inperator Romanus, reversus est in Alamania, ubi miserabiliter vitam finivit[4].

Eodem autem millesimo[k] ipse dominus[a] rex Boemie venit Brixie et habuit dominium dicte civitatis in festivitatibus nativitatis[l] Domini[5], et ibi vocatis ad gremium *Dec. 25.* suum omnibus Guibellinis Brixie. Inmediate de mense Febr. et eodem millesimo[c] habuit de plano dominium 1331. *Febr.*

a) . d . *c.* b) *uncis inclusa in interiore (dextera) marg. ab Alb. suppl.* c) M° *c.* d) *seq.* d *delet.* e) deus (dictus), s *erasum c.* f) *seq. iam hoc loco* penitentiam *delet. c.* g) *seq.* una fu *delet.* h) *sic c.* i) *supple* videre. k) M° *c.; seq.* de mense febr *delet.* l) nat *c.*

1) *Cf. Hist. Cortus. l. l.* 2) *Aicardum; cf. Fr. A. Zaccaria, 'Dell' antichissima badia di Leno' (Venezia* 1767*) p.* 41 *sq.* 3) *Cf. K. Müller, 'Der Kampf Ludwigs d. B. mit der römischen Curie' I, p.* 225 *sq.* 4) *Demum a.* 1347. *De iis, quae Ludowicus in Germania gesserit, Albertus nihil omnino compertum habuisse videtur.* 5) *De die cf. L. Pöppelmann in 'Archiv f. Oesterreich. Geschichte' XXXV* (1865)*, p.* 264*, n.* 1.

1331. civitatis Cremone[1] et civitatis Pergami, et venerunt ad ipsum regem omnes domini civitatum Lonbardie investigando precipue condictionem dicti regis; cum quo domino[a] rege[b] et in sua comitiva venerunt dominus[a] Ugolinus supradictus episcopus Cremonensis[c] et abbates suprascripti Sanctorum Laurentii et Tome Cremonenses[c] et multi allii religiosi, qui erant expulsi de beneficiis suis per antipapam. Inter quos quidam frater Gardanus ordinis Predicatorum[d] de Persico, inquisitor pro sancta Romana ecclesia heretice pravitatis, et cepit propriis manibus dictum Dondinum antiepiscopum Cremonensem[c] et conduci fecit Placentie ad dominum[a] legatum[2]; qui fuit ibi in carceribus mancipatus[3]. Idem dominus[a] rex privillegiavit monasterium[e] sancti Laurentii, abbate don Abramino dicti monasterii[e]. Anno a nativitate[f] Domini
Febr. 25. M°CCCXXXI. die XXV. Febr. Deinde posite[g] quasi
1333. *(Iul.).* omnes civitates in bona pace, equitavit Lucam[4] pro liberando ipsam a manibus Florentinorum, postmodum eam reliquid in manibus dominorum de Rubeis de Parma ex venditione[5] et reversus est Parmam, et dictus dominus[a] rex civitatem Cremone reliquid in recessu suo domino[a] Poncino de Ponzonibus gubernandam et custodiendam.

1332. *Iun. 15.* Anno Domini M°CCC°XXXII. die XV. Iunii[6] dominus[h] Marsilius de Cararia Paduanus cum gentibus domini[a] Mastini de la Schala favore quorumdam nobillium Brixie, videlicet Brussadorum, Grifforum, illorum de Sallis et Ugonum et partis Guibellinorum duorum virorum, Tebaldi de Mezanis et Raynaldi Confanonerii[i] —, et excluse

a) .d. *c.* b) *seq.* s *delet.* c) cremoñ *c.* d) *seq.* in *delet.* e) moñ *c.* f) naī *c.* g) posites, s *delet. c.* h) .D. *c.* i) *supple fere:* cepit *(vel* intravit*)* Brixiam civitatem.

1) *Sagacius de Gazata col.* 45. *dicit Pergamum die Ian.* 12, *Cremonam se regi iam die Ian.* 26. *dedidisse; cf. Pöppelmann l. l. p.* 282, *n.* 3. *Quia Iohannes rex die Febr.* 25. *privilegium dedit (infra l.* 14), *Albertus hoc mense Febr. factum esse scripsisse videtur.* 2) *Bertrandum de Pogeto supra p.* 89. 95. *dictum.* 3) *Etiam a.* 1332. *Ian.* 3. *in carceribus Placentinis erat; cf. K. Eubel in 'Hist. Jahrbuch' XII, p.* 305. 4) *Anno* 1331. *Iohannes non Lucam ivit, qua quidem civitate, civibus se ei dedentibus, tunc potitus est, demum a.* 1333. *Iul. Lucam profectus est.* 5) *Cf. Ioh. Villani X,* 227 (228). 6) *Eundem diem tradit Iac. Malvecius IX,* 74, *col.* 1004; *diem Iun.* 14. *Ioh. Villani X,* 203 (204); *Iun.* 16. *Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' I, p.* 197; *falso diem Iun.* 7. *Chron. Veron., Muratori, SS. VIII, col.* 647; *cf. Pöppelmann l. l. p.* 357, *n.* 2.

fuerunt gentes dicti domini[a] regis et maiores omnes Guibellinorum Brixie dicte civitatis. Cuius domini Mastini duravit dominium quinque annis, tribus mensibus et tribus septimanis[b]. 1332.

Anno Domini M°CCC°XXXIIII°r. Gentes domini[a] Azonis de Vicecomitibus de Mediolano et domini Mastini de la Schalla cum alliis suis amicis fuerunt ad obsidionem civitatis Cremone, domino[a] existente Poncino de Ponzonibus. Finaliter eodem millesimo[c] de mense Iullii dictus dominus[a] Azo habuit dominium dicte civitatis[1]; qui dominus[a] Azo privillegiavit monasterium[d] sancti Laurentii de Cremona supplicante domino[a] don Abramino, tunc dicti monasterii[d] abbate, anno Domini . . . . . .[e]. 1334. *(Apr.).* *Iul.* (15).

Eodem autem millesimo[c], die quarto Decembr. dominus Iohanes papa XXII[us] diem suum clausit extremum[f]. *Dec.* 4.

*Anno[g] Domini ab incarnatione M°CCC°XXX°V°h [indictione[i] III[a]], die Martis XX° Decembr. Benedictus papa XII[us], natione . . . . .[k], ex patre . . . . .[k], qui proprio nomine vocabatur . . . . .[k], ordinis [Cisternensis[l] sancti Bernardi], successit Iohani pape XXII, inperiali sede vacante[2] creatus fuit in papam apostolicum. Hic papa fecit constitutiones ordinum monachorum nigrorum pontificatus eius anno secundo[m]. *f.* 193. 1334. *Dec.* 20. 1336.

Anno Domini M°CCC°XXXVII. die Octubr. VIII. Octubr.[n. 3] dominus[o] Azo de Vicecomitibus, dominus[a] Mediolani, habuit dominium civitatis Brixie favore domini[a] Conradi de Buchis, abbatis Sancti Faustini, Egidioli de Ugonibus, Guillielmini de Lavellongo, Zilioli de Palazolo, Rizardi de Trubecho et Oprandi de Gusiago 1337. *Oct.* 8.

a) . d . *c.* b) *seq.* Et in capite dicti temporis intrauerunt *delet.* c) M° *c.* d) mon *c.* e) *reliqua, fere quarta, pars versus vacat.* f) *reliqua, fere tertia, pars paginae* 192, *rectae et pagina* 192, *versa vacant.* g) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* h) V *alio atramento nigro in loco raso.* i) ind. III[a] *alio atramento ab Alb. post suppl.* k) *spatium nomini inserendo vacat.* l) albi *delet., et in marg. ab Alb. post suppl.* cisterū sci Bernardi. m) *post haec spatium quatuor fere versuum vacat.* n) *sic iterum c.* o) D. *c.*

1) *Cf. Chron. Parm. p.* 230 *sq.* 234; *Galv. Flamma, Manip. fl. c.* 375. *et de gestis Azonis, Muratori, SS. XI, col.* 737. *XII, col.* 1008; *Ioh. Villani XI,* 8; *Sag. de Gazata col.* 50; *Chron. Est. col.* 398. 2) *Cf. supra p.* 97, *n.* 4. 3) *Eundem diem habent Ioh. Villani XI,* 72 (73) *et Hist. Cortus. VII,* 6, *Muratori, SS. XII, col.* 886; *Sag. de Gazata col.* 53: *Oct.* 6; *Chron. Veron., Muratori, SS. VIII, col.* 651: *Oct.* 5; *Chron. Est. col.* 404: *Oct.* 10; *cf. Galv. Flamma, De gestis Azonis col.* 1019.

atque universitatis Franciecurte et Valtropie ac cuiusdam[a] allii.

1338. Anno Domini M°CCC°XXX°VIII° tanta copia locustarum venit, que prohibebat terre claritatem solis, quarum adventus fuit a lacu Garde veniendo per transversum teritorii Brixie, maxime in planicie, que, si se ponebant in campis bladorum sive in pratis, in instanti omnia consumebant, ac si nonquam natum fuisset quicquam in campis; que locuste etiam venerunt[b] super teri-
1339. torium Cremonense[c]. Item in M°CCC°XXX°VIIII°r similiter multitudo locustarum ac etiam maior in dicta parte districtus Brixie crevit in tantum, quod dabatur unum quarterium[d] frumenti aut certa quantitas denariorum cuilibet designanti unam quartam locustarum, et fiebant per comunia, ubi huiusmodi persecutio regnabat, fovee in campis et locis incultis fiebant[e], quibus seppellirentur dicte locuste, que reperiebantur in terra, et ita dense, quod omnes se tangebant, velud in pratis se tanguntur[a] herbe; quod idem accidit super territorium Cremone.

Anno Domini M°CCC°XXX°VIIII°r. Venit dominus[f] Loderisius de Vicecomitibus de Mediolano[g] una cum Vincentio de Suardis ad terram de Lonado cum tribus millibus barbutarum; que gentes fuerunt separate[1] a Bewolenta districtus Padue, et intraverunt comitatum
Ian. (Febr. 9). Mediolani de mense Ianuarii[2] et fuerunt ad prelium cum gentibus domini[f] Azonis in partibus Parabiati[h];
(Febr. 21). quo prelio una die victor fuit dictus dominus[f] Loderisius, secunda vero die[3] dominus[f] Luchinus de Vicecomitibus obtinuit campum, et captus idem dominus[f] Loderisius fuit. Post quod prelium in dicta contrata terminatum, conflictis gentibus ipsius domini[f] Loderici[i], dictus dominus[f] Loderisius[k] et in carceribus retentus fuit in

a) *sic c.* b) *seq.* in *delet.* c) cremon̄ *c.* d) quārt' *c.* e) *sic iterum c.* f) . d . *c.* g) *seq.* cu *delet.* h) *sic c. (non* parabiaci*).* i) *sic h. l. c.* k) ductus *supplendum esse videtur.*

1) *I. e. profectae; quam vim etiam hodie Italice 'separarsi' habet.*
2) *Potius die Febr.* 9; *Galv. Flamma, De rebus gestis Azonis col.* 1022.
3) *Non sequente, sed eodem die (Febr.* 21*) Luchinus victus est et redintegrato proelio vicit, postquam primo mane eiusdem diei Loderisius aliquot copias Mediolanenses in villa Parabiago oppressit; Galv. Flamma l. l. col.* 1024 *sqq.; Hist. Cortus. VII,* 20, *l. l. col.* 899 *sq.; Ioh. Villani XI,* 96 (97).

castro Sancti Columbani diocessis[a] Laudis usque ad *mortem[b] domini[c] Luchini, et tunc[1] fuit ipse liberatus de carceribus per dominum[c] Iohanem de Vicecomitibus, archiepiscopum Mediolani[2]. 1339. *f. 193'.

Anno Domini M°CCC°XL. circha medium mensem Augusti dominus[c] Azo de Vicecomitibus, dominus[c] generalis Mediolani, Laudis, Cremone, Brixie, Placentie et reliquarum civitatum suo dominio pertinentium, migravit de hoc seculo, cuius dominium valde fuit bonum et comune; et inmediate facti sunt domini generales domini Iohanes archiepiscopus Mediolani et Luchinus, fillii condam domini[c] Mafei et fratres de Vicecomitibus[d]. 1339. *Aug.* (16). *f. 194.

*Anno[e] ab incarnatione Domini M°CCC°XLIII. die VII° Madii Clemens papa sextus, proprio nomine vocabatur . . . . .[f], natione . . . . .[g], ex patre . . . . .[g], ordinis . . . . .[g], successit Benedicto pape XII° inperiali sede vacante[3]. Hic fuit largus, benignus et gratiosus[h]. 1342. *Maii* 7.

Anno[i] Domini M°CCC°XLVI. die ultimo Augusti dominus[c] don Abraminus de Bezanis, abbas monasterii[k] sancti Laurentii Cremonensis[l], de hoc seculo migravit, cuius dominium valde fuit bonum et utile monasterio[k] predicto. Cui[m] inmediate electus fuit dominus[c] don Iohaninus de Comitibus in abbatem dicti monasterii[k], monacus et prior prioratus sancti Victoris Cremonensis[l], qui subest dicto monasterio[k.4]; qui don Iohaninus factus abbas Avinioni die II° Marcii et eodem millesimo[n] vitam finivit. 1346. *Aug.* 31. 1347. *Mart.* 2.

Deinde successit quidam nomine don Petrus, monacus monasterii sancti Andree Avinionensis[o] diocesis[5], de Lucho castri Aramoni diocesis . . . . .[g], qui separavit vitam monacorum suorum a mensa sua contra Deum et iusticiam et regulam[p] nec non canonicas scanctiones[q].

Anno Domini M°CCC°XLVII. ex voto facto ficticie per dominam[c] Ysabellam, uxorem domini[c] Luchini de 1347. *(Maio).*

a) dicessis *c.* b) *seq.* da *delet.* c) . d . *c.* d) *reliqua pars maxima paginae* 193. *versae vacat.* e) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* f) *spatium nomini inserendo vacat; seq. littera* s *deleta.* g) *spatium nomini inserendo vacat.* h) *spatium quinque vel sex versuum vacat.* i) *in marg.:* De abbatibus mon sancti Laur Cremone. k) mon̄ *c.* l) cremon̄ *c.* m) *sic c.* n) M° *c.* o) auinion dicesis *c.* p) *seq.* 7 (et) *delet.* q) *sic c. ut supra p.* 65, *l.* 22.

1) *A.* 1349; *cf. Hist. Cortus. l. l. col.* 929. 2) *Qui demum a.* 1342. *archiepiscopus Mediolanensis creatus est, a.* 1339. *episcopus Novariensis erat.* 3) *Albertus credidisse videtur Ludowicum tunc iam mortem obiisse; cf. supra p.* 97, *n.* 4. 99. 4) *Cf. supra p.* 10. 5) *In monte Andaonensi prope Avinionem.*

1347. Vicecomitibus gubernantis tunc Mediolanum et plures allias civitates, de voluntate et deliberatione ipsius domini[a] Luchini equitavit Venetias[b] cum comitiva multorum virorum nobilium et multarum dominarum dicti Mediolani et alliarum civitatum, secum deferendo ymaginem unam argenteam ad similitudinem cuiusdam infantis, eius fillii; que domina cum eiusdem societate transeundo per Brissiam, Veronam, Vicentiam et Paduam mirabilli sumptu et apparatu fuit recepta, maxime per illos de la Schalla[1]. In quo itinere talia negotia et opera venerea[c] et dissoluta conmissa fuerunt, que difficilimum et inhonestum esset presentibus scribi; et reversa est predicta Mediolanum per Mantuam et Cremonam atque Laudam.

1348. Item in M°CCC°XLVIII. recuperatum fuit per Brixienses et Cremonenses[d] teritorium Brixiense[e] ultra Clisim a Butizolis inferius et[f] Cremonenses teritorium Cremone quodquod dicebatur Comitatus[2] a Plebe Sancti Iacobi usque Mantuam[g], usque tunc tenebatur retentum et occupatum per dominum[a] Mantue a M°CCCXXXVII. citra, videlicet usque ad milessimum suprascriptum. Et sic fecerunt Cremonenses de dicta parte sui teritorii usque tunc eisdem[h] retenti per dictum dominum[i] Mantue.

1348/9. Anno et millesimo[k] supradicto et in M°CCCXLVIIII^{or}[l] fuit mortalitas per universum orbem ultra et citra marre in personis validis et iuvenibus magis quam in senibus et debillibus, in locis sanis quam in viciosis et in fumis[m]. Nascebatur namque subito morientibus ac idem periculum evadentibus in inguine quedam tumefactio cum dolore vel sanguinis sputatio, de quibus non liberabatur de centum unus; et si unus ibat aliquem visitatum habentem huiusmodi morbum, sine mora et ipse moriebatur; propter quod pater non audebat fillium egrotum visitare[3]

a) .d. *c.* b) *seq.* transeundo per Cremonam *delet.* c) uenera *c.* d) *seq. iterum* recuperatum *delet. c.;* et Cremon. *hoc loco delendum, ut videtur.* e) brixiē *c.* f) *supple* per. g) *supple* quod. h) *seq.* te (?) *delet.* i) dnium (dominium) *c.* k) M° *c.* l) M°[CCC°L *delet.*] CCCXLVIIII^{or} *c.* m) *sic c. (non* infumis*); nescio an sit* fumus *verbum adiectivum, quod substantivum pro fimo alibi usurpatur.*

1) *Cf. Chron. Est. l. l. col.* 434—436; *Hist. Cortus. IX,* 10, *col.* 922. 2) *Quod iam Passarinus de Bonacolsis dominus Mantuae tenuerat (cf. supra p.* 88*), a.* 1329. *Nov.* 11. *a Ludowico imperatore Loisio de Gonzaga concessum est, quod idem cum dominio Mantuae acceperat; Böhmer, Reg. Imp. sel. p.* 501, *nr.* 732. 3) *Cf. R. Hoeniger, 'Der schwarze Tod' (Berlin* 1882*) p.* 4, *n.* 1.

nec fillius *patrem, et sic de singulis; et multe civitates *f. 194v.
et ville facte sunt vacue et omnino inhabitate. De codicellis[1] quidem multi liberabantur, set de sputatione sanguinis nullus.

M° autem[a] CCCXLVIIII^or circa finem mensis Ianuarii dominus Luchinus de Vicecomitibus, dominus generalis Mediolani, Brixie, Cremone et alliarum multarum civitatum, de hoc seculo migravit. Cuius dominium fuit hominibus Lonbardie purum et iustum; et domino Iohani, fratri eius, archiepiscopo Mediolani[b], totum dominium illarum civitatum remansit. 1349. *Ian.* (25).

Anno Domini M°CCC°L. per renontiationem domini[c] fratris Ugolini, episcopi Cremonensis[d], successit allter[e] dominus[c] Ugolinus de Adigheriis de Parma, canonicus secularis, in episcopum Cremonensem[f. 2]. 1349.

*Anno[g] Domini ab incarnatione M°CCC°LIII.[3] Innocentius papa VI, natione .....[h], ex patre .....[h], ordinis .....[h. 4], qui proprio nomine vocabatur .....[h], successit domino[c] Clementi pape sexti[e] inperiali sede vacante. Hic[i] *f. 195. 1352.

Anno[k] Domini M°CCCLIII. die XXVI. Augusti[5] tam seva tempestas grandinavit de nocte, quod omnes tegulas domorum fregit, mactavit boves et allia diversa animalia et volatilia interfecit, quod vix homines utriusque sexus evadere potuerunt in domibus suis mortem. 1353. *Aug.* 26.

Anno Domini M°CCC°LIIII^or die XVIII. Febr. accepta fuit civitas Verone domino Cani et fratribus suis, filliis condam domini[c] Mastini, per dominum[c] Fregnanum, naturalem filium condam dicti domini[c] Mastini, cum adiutorio dominorum de Gonzaga et gentium suarum, domino Cane existente in Alamania. Finaliter dictus dominus[c] Canis cum gentibus domini[c] Padue[6] 1354. *Febr.* 18.

a) *seq.* CC *delet.* b) *seq.* 2 (et?) *c.* c) . d . *c.* d) cremon *c.* e) *sic c.* f) *reliqua maxima pars paginae* 194. *versae vacat.* g) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* h) *spatium nomini inserendo vacat.* i) *spatium quatuor versuum vacat.* k) *haec (— l. 25) in spatio vacuo relicto posterius quam reliqua huius paginae scripta sunt.*

1) *Quod verbum hoc loco usurpatum esse videtur pro ulcusculo, carbunculo.* 2) *Qui iam a.* 1349. *Oct.* 23. *a Clemente VI. papa episcopus creatus est; Eubel, Hierarchia catholica p.* 222. 3) *Iam a.* 1352. *Dec.* 18. *Innocentius VI. electus est.* 4) *Nulli ordini addictus fuit.* 5) *Cf. Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 72; *Chron. Estense col.* 476. *hoc die Aug.* 27. *factum esse tradit. De grandine die Maii* 7. *Cremonae deiecta tradit Matth. Villani III,* 65. 6) *Iacobini de Carraria.*

1354. *Febr.* 25. octava die[a] —, magna cede subsecuta multipliciter de illis, qui dicto domino[b] Fergnano[c] et Mantuanis suum prebuerunt asensum; et die, quo ipsa civitas recuperata fuit[1], dominus[b] Azo de Corigia equitavit Ferrariam nollens interesse proditorio huiusmodi negotio. Capti fuerunt in recuperatione dicte civitatis Verone dominus Feltrinus, Ugolinus[2], Coradus et Fredericus[3] ac allii plures domus de Gonzaga cum VIII° centum peditibus gentium suarum populli Mantue.

Oct. (5). Eodem autem millesimo[d] de mense Octubr. dominus[b] archiepiscopus Iohanes de Vicecomitibus,[e] Mediolani et alliarum civitatum Lonbardie, de hoc seculo migravit, et remansit dominium dominis Mafeo, Bernabovi et Galeatio, fratribus et filliis condam domini[b] Stephani de Vicecomitibus. Qui divisserunt inter se inmediate ipsam civitatem Mediolani et allias civitates eorum dominio pertinentes. [Successit[f] in archiepiscopatu dominus[b] Robertus[g] Mediolano].

Oct. Eodem millesimo[d] et mense venit comes Landus[4] cum maxima societate gentium diversarum partium, equitum et peditum ad partes Regii, deinde venit Lonadum de mense Octubr., que societas longo tempore steterat in regione Apulie et Abrucii in offensione et dampnis regis Lodovici[5] et eiusdem partium. Et toto illo tempore, quo eadem societas permansit in Lonbardia, fuit expensis marchionum Extensium[6], domini Iohanis de Ollegio, Bononie domini generalis, et dominorum Mantue[7].

1360. Huius[h] temporibus, scilicet anno Domini M^{o}CCC^{o}LX[i], dominus[b] Egidius Yspanus, episcopus cardinalis tituli .....[k. 8], legatus pro sancta Romana ecclesia in partibus *(Mart.* 17/18). Romandiole[l], habuit dominium civitatis Bononie[9], que

a) *supple fere* cepit *(vel* recuperavit*)* civitatem. *Mirum etiam, quod hoc loco non dictum sit de Fregnano interfecto.* b) . d . *c.* c) *sic hoc loco c.* d) M^{o} *c.* e) *supple* dominus. f) *uncis inclusa in marg. interiore (sinistra) ab Alb. suppl., nullo signo adposito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* g) Robertu[9] *c.* h) *sequentia omnia paginae* 195. *rectae multo post praecedentia in spatio vacuo relicto ab Alb. scripta sunt.* i) M^{o}CCC^{o}L. *corr.* M^{o}CCC^{o}LX, *ut videtur.* k) *spatium unius sillabae vacat.* l) *seq.* que ci *delet.*

1) *Potius die, quo Verona a Fregnano capta est, ut tradunt Hist. Cortus. X,* 10, *col.* 939. *et Matth. Villani III,* 99. *et Gazata col.* 73. 2) *Filius Feltrini.* 3) *Frater Feltrini.* 4) *Conradus de Landau.* 5) *Regis Neapolitani, mariti Iohannae reginae.* 6) *Opizonis III. et filiorum eius Aldovrandini III. et Nicolai II.* 7) *de Gonzaga.* 8) *Sabinensis.* 9) *Cf. L. Sighinolfi, 'La signoria di Giovanni da Oleggio in Bologna' (Bibl. stor. Bolognese nr.* 10*) (Bologna* 1905*) p.* 225 *sqq.*

occupabatur per dominum[a] Iohanem de Olegio de[b] Vicecomitibus de[c] Mediolano, et dictus dominus[a] Iohanes factus fuit nomine ecclesie marchio marchie Anconitane nec non dominum[d] civitatis Firmane, et allias honorantias et prerogativas seu comoda inpendendo; qua occasione prelati et rectores ecclesiarum existentes sub dominio dominorum Bernabovis et Galeazii de Vicecomitibus multa incomoda substinuerunt tam in taleis et inpositionibus, dictis clericis inponendo et dictos clericos incarcerando in magnum vituperium sancte matris ecclesie, sic quod multa guerra et pessima incepta est inter dominum[a] Bernabovem et ecclesiam. 1360.

Anno Domini supradicto per mortem domini[a] Ugolini condam episcopi Cremonensis[e], qui tamquam desperatus suspendit se laqueo in episcopatu suo, successit dominus[a] frater Petrus de Capellis Mediolanensis[f] de ordine Predicatorum, qui fuit persecutor monasterii[g] sancti Laurentii Cremonensis[e], in episcopum Cremonensem[h]. 1361.

*Anno[i] Domini ab incarnatione Domini[k] M°CCC°LIIII^or[1] Karolus [quartus[l] inperator], fillius domini[a] Iohanis, condam regis Boemie, per electores concorditer ad imperium in inperatorem est electus, qui successit Henrico inperatore[m] sexto pontificatu domini[a] Inocentii pape sexti[n]. Anno vero eiusdem[o] dictus inperator volendo[p] coronari tribus coronis, scilicet pallea[2], ferrea et aurea, prout decet inperatorem facere, venit Mantuam causa eundi Mediolanum causa coronandi corona ferrea ante festum nativitatis Domini cum modica co- *f. 196. 1346. 1354. (Nov. 10).

a) . d . c. b) *seq.* comitibus *delet.* c) duc *corr.* de *c.* d) *sic* (dnm) *c.* e) cremon *c.* f) mediolan *c.* g) mon *c.* h) cremon *c.* — *Pagina* 195. *versa vacat.* i) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* k) *sic iterum c.* l) quartus inp. *ab Alb. post superscr.* m) *sic c.; seq.* quinto *delet.* n) sexto *corr.* sexti *c.* o) *sic c.* p) *seq.* oi(?), *quod deletum esse videtur.*

1) *Quia hoc anno Karolus in Italiam venit, tunc demum eum regem electum esse Albertus opinatus est; cf. supra p.* 93, *n.* 1. 2) *Valde mirum, quod Albertus* pallea *scripserit, cum* argentea *(et hoc quidem secundo loco iuxta locos supra p.* 5. 10. *editos) potius scribere debuisset. In tractatu de coronatione imperatoris edito ab A. Werminghoff, 'Zeitschr. d. Savigny-Stiftung, Germ. Abth.' XXIV* (1893), *p.* 384, *legitur quidem (ibi corruptum):* quidam dicunt, quod *[imperator]* recipiat unam *[coronam]* de paleis, sed hoc est una truffa. *Istorie Pistolesi, Muratori, SS. XI, col.* 400, *de Henrico VII. fabulantur:* Lo imperadore giunse a Moncia e quivi prese la corona della paglia, com' è d'usanza. *Cf. Muratori, Anecdota II, p.* 308.

1354. mitiva; cum quo in societate erat dominus[a] patriarcha Aquilegie[1], ipsius frater naturalis; transivit per Cremonam conventione facta cum dominis Mafeo, Bernabovi et Galeazio, fratribus de Vicecomitibus, dominis generalibus Mediolani, Cremone, Placentie et alliarum civitatum etc., die primo Ian. Et dum ipse dominus[a] inperator existeret Mantue, fuit secum in coloquio comes Landus supradictus[2]; quo coloquio terminato recessit[3] a partibus Lonadi et reversus est cum eius societate ad partes Romandiolle. Deinde accessit ipse inperator Mediolanum

1355. *Ian. 1.*

Ian. 6. et ibi in epifania Domini coronatus fuit corona ferrea, et non remansit in Mediolano nisi VI diebus[4], et ivit Pissas[b] redeundo per Cremonam[5], deinde Romam et ibi

(Apr. 5). per duos cardinales coronatus fuit corona aurea. Postmodum reversus est Pisas[b], qui a civibus[c] Pisanis benigne fuit receptus, et habuit letum introitum et tristum[d]

(Maii 20). exitum, quia positus fuit ignis in palatio, in quo manebat dictus inperator; et nisi gratia Dei et providentia domini[a] marchionis de Monteferrato[6] adfuisset, in dicto palatio periculasset[e]. Pro quo furore fuit decapitatus[f]

(Maii 26). quidam nobillis de Gambacurtis[7], civis Pisarum. Deinde

(Iun.). ad partes Alamanie transeundo per Cremonam et districtum Pergami cum eius coniuge[8] et parva comitiva.

1355. *Sept. 28.* Anno Domini M°CCC°LV. die Lune XXVIII. Septembr.[g] mortuus est dominus[a] Matheus de Vicecomitibus, et dominium suarum civitatum remansit dominis Bernabovi et Galeatio, eius fratribus; quas civitates inter se partiti fuerunt.

1356. Item in M°CCC°LVI. reversus est dictus comes Landus ad partes Lombardie cum societate sua de mense

a) . d . *c.* b) *sic h. l. c.* c) qui à quibus (= aliquibus?) *c.* d) *sic c.* e) *sic c.; seq.* q (qui) *delet.* f) decapitá *c.* g) setpbr *c.*

1) *Nicolaus.* 2) *Matth. Villani IV,* 40: In questi dì all' entrata di gennaio il conte di Lando . . . . ., avendo un dì lungamente parlamentato a solo coll' eletto imperatore; *quod colloquium igitur non factum esse videtur, cum Karolus Mantuae morabatur (Nov.* 10 — *Dec.* 28*), sed mense Ianuario ineunte, cum in territorio Cremonensi erat vel inde Mediolanum proficiscebatur.* 3) *Scil. Landus comes.* 4) *Ian.* 4—12. *(vel* 10*?); cf. G. Romano, 'Archivio stor. Lombardo', ser.* 3, *III (*1895*), p.* 89—96. 5) *Cum Karolus imperator coronatus a.* 1355. *medio mense Iunio Pisis in Germaniam rediret, Cremonae fuit. Cf. infra l.* 22. 6) *Iohannis II. Paleologi.* 7) *Tres de Gambacurtis, Franciscus, Lottus, Bartholomeus, decapitati sunt; Matth. Villani V,* 37; *Cron. di Pisa, Muratori, SS. XV, col.* 1032; *Hist. Cortus., ibid. XII, col.* 946; *Raff. Roncioni, 'Arch. stor. Ital.' VI,* 1, *p.* 834, *etc.* 8) *Anna de Schweidnitz.*

Octubr. ad petitionem et sumptum dominorum, videlicet marchionum Ferrarie et dominorum Bononie et Mantue [1], postea ivit Papiam, deinde intravit comitatum Mediolani, deinde reversus est ad partes inferiores Lonbardie, devastatis et consumptis multis[a] et multis[a] castris et villis maximis in comitatu predicto Mediolani. 1356. *Oct.*

Anno Domini M°CCC°LVII. de mense Octubr. Comes Artemanni cum dicta societate magna et ad peticionem et sumptum predictorum dominorum marchionum Ferrarie et dominorum Bononie et Mantue iterum accessit Papiam, deinde cum Papiensibus et marchione Montisferrati [2] secum ligatis et confederatis intravit comitatum Mediolani et multas terras destruxit, et dictus marchio Montisferrati habuit civitates Astensis[a] et Novarie [3] et plures terras Pedemontis, et ipsa magna societas in partibus illis, videlicet Mediolani, Novarie et Verzellarum, conburendo, capiendo et devastando villas et castra perseveravit[b] usque ad mensem Marcii M°CCCLVIII. Fuit enim in dicta societate et ipsis partibus dominus[c] Ugolinus de Gonzaga capitaneus principallis maxime gentium lige sue, et gentes domini[c] Bernabovis dicto tempore erant in seralio apud Mantuam devastantes et spoliantes omnes villas dicti serallii[d]; quod seralium intraverunt de mense Augusti M°CCCLVII. gentes predicte domini[c] Bernabovis *et in[e] ipso seralio steterunt usque ad mensem Iunii curente in[a] M°CCCLVIII; et redeunte ipsa societate per districtum Brisie versus Mantuam, transacto flumine Clisis apud Montem-clarum, dominus[c] Iohanes de Bosozoro, potestas Brixie, cum gentibus multis ipsius domini[c] Bernabovis fuit obviam eidem domino[c] Ugolino et eius comitive volendo resistere transitui predictorum. Tandem superatis ipsis gentibus domini[c] Bernabovis capti fuerunt dictus dominus[c] Iohanes et Guirardolus de Pusterlla et plures allii cum amissione VI[C] equorum et conducti fuerunt Mantue in captivitatem. 1356. 1357. *Oct.* 1357. 1356. 1357. 1358. *Mart.* 1357. *Aug.* *cf. 196'. 1358. *Iun.* 1357. *(Dec.).*

a) *sic c.* b) perst seuerauit, st *delet., c.* c) .d. *c.* d) *sic h. l. c.* e) *seq.* pp *delet.*

1) *Cf. supra p.* 104, *l.* 26 *sq. De rebus sequentibus vide Th. Menzel, 'Italienische Politik K. Karls IV.* 1355—1368'. *(Diss. Hall.* 1880) *p.* 26 *sq. K. W.* 2) *Iohanne II.* 3) *Civitas Novaria mense Nov. anni* 1356, *Astensis iam antea a marchione capta est.*

1358. *Iun.* 10. Anno Domini M°CCC°LVIII. X° Iunii[1] facta fuit pax inter predictos dominos, et sic seralium fuit restitutum dominis Mantue, et civitas Novarie restituta fuit domino Galeazio cum multis castris, et carcerati utriusque partis omnes liberati fuerunt, et societas sepedicta ad partes Romandiole iterum est reversa. Fecit fieri dictus dominus[a] Bernabos unam foveam latitudinis et altitudinis mirabilem a castro Guardasoni diocesis Regine secus Lonciam[b] usque Patengullas, districtus Brisie et in teritorio Cremonensi[c] alliam consimilem et mirabilem foveam fieri fecit.

1363. *(Ian.* 21*).* [Anno[d] Domini M°CCC°LXIII. dominus[a] rex Cipri[2] venit Cremonam, deinde ivit Mediolanum, finaliter Avinionem accessit occaxione petendi auxilium[3], conscilium et favorem contra[e] infidelles fidei Christiane].

1364. *Aug.* 23. [Anno[f] Domini M°CCC°LXIIII°r die[g] XXIII. Augusti tanta copia locustarum venit et in tanta quantitate, quod inducebant obscuritatem aeris et obfuscabant claritatem solis, tamen post paucos[h] recesserunt].

1369. *(Ian.* 16*).* [Anno[i] Domini M°CCC°LXVIIII°r dominus[a] rex Cipri, magnanimus et fidellis Christianus, fuit interfectus a quodam suo fratre naturali tractatu[k] et conscilio dominorum infidelium et Christiane fidei inimicorum].

1365. *(Maio ex. Iun. in).* Anno Domini . . . . .[l] dictus dominus[a] inperator ivit Avinionem ad dominum[a] Urbanum papam quintum et ibi habuit coloquium secum stando ibi per plures dies[4]. Deinde de Avinioni recessit dictus inperator, per Alaminea[m] regna ivit Boemiam.

1367. Anno Domini M°CCC°LXVI. dictus dominus papa per mare ivit Romam[4]. M°CCC°LXVIIII°r dominus[a]

1368. Bernabos de Vicecomitibus, dominus[a] Mediolani et cer-

a) . d . *c.* b) *sic c. pro* Lenciam. c) cremon̄ *c.* d) *uncis inclusa in marg. (dextera) interiore post ab Alb. suppl., nullo signo adposito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* e) *seq.* ini *delet.* f) *uncis inclusa in marg. (sinistra) exteriore ab Alb. posterius quam praecedentia suppl., nullo signo adposito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* g) die XXIII. aūgi *ab Alb. superscr.* h) *supple* dies; *cf. infra p.* 109, *n.* h. i) *uncis inclusa in marg. (sinistra) exteriore alio atramento aquoso posterius quam praecedentia ab Alb. suppl., nullo signo adposito, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* k) tractu *corr.* tractatu *c.* l) *spatium numero inserendo vacat.* m) *sic c.*

1) *Iam die Iun.* 8. *pax facta est; cf. Th. Menzel l. l. p.* 28, *n.* 3. *Die Iun.* 10. *de pace facta nuntius venit Mutinam (Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' I, p.* 289*) et Bononiam ('Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 448*).* 2) *Petrus I. de Lusignan.* 3) *Cf. Baluze, Vitae pap. Avenion. p.* 983. *K. W.* 4) *Eadem vide infra p.* 113.

tarum alliarum civitatum Lonbardie, intelligens de adventu in Lonbardia[a] dicti inperatoris, dubitans, ne veniret in preiuditium eius, de die . . .[b] Aprillis intravit territorium Mantue et cepit seralium Mantuanorum, et spoliatum fuit maximis spolliis[c], et edificavit ibi bastitam unam fortem ad obviandum adventum dicti inperatoris; et dum gentes dicti domini[d] Bernabovis in dicto seralio[e] existerent in maxima quantitate peditum et equitum, prelium habuerunt inter eos. Et finaliter Teotonici interfecerunt omnes peditos[f] et allios Lonbardos, tam mercatores quam stipendiarios[g], numero circha duo millia; qui inperator post dies[h] paucos navigio per Padum cum maxima quantitate pugnatorum et[i] venit Mantuam et fecit preliari dictam bastitam factam in dicto seralio per dominum[d] Bernabovem et non potuit habere neque capere per vim, set precibus et amore dictus dominus[d] Bernabos[k] rellaxavit et destrui fecit dictam bastitam[1]. Deinde gentes dicti inperatoris equitavit[f] super teritorium Verone[2], que civitas regebatur per dominum[d] Canem de la Schala, et ibi igne et ferro dictum teritorium devastari fecit et spoliari. Postea vero de Mantua recessit dictus dominus[d] inperator sine aliquo dampno facto dicto domino[d] Bernabovi, set coruptus peccunia ivit ad Montefiesconum, ubi papa morabatur[3]; et dum ibi existeret, habuit dominium civitatis Pissarum et Lucane et fere totius Tuscie preter Florentiam. Postmodum Ianuenses se submiserunt, et multarum alliarum civitatum habuit dominium. Deinde dominus[d] papa equitavit de Montefiscono[1] Romam, et dum esset prope Romam per milliare unum, dominus[d] inperator pedester adestravit[f] tenendo frenum usque ad Sanctum Petrum[4].

1368. *Apr.* (5). *(Iun.).* *(Iul.).* *(Iun. ex. Iul. in.).* *(Oct.* 17). *(Oct.* 21).

Anno vero M°CCC°LXVIIII°r civitas Pissarum conspirata est contra inperatorem existentem in Lucha;

1369. *(Apr.* 3/4).

a) *fortasse post corr.* lonbardia *c.* b) *spatium numero inserendo vacat.* c) *seq.* et fe *delet.* d) . d . *c.* e) *seq.* exi *delet.* f) *sic c.* g) *seq.* fere *delet.* h) dies *in marg. ab Alb. suppl.* i) et *delendum.* k) *seq.* s *delet.* l) *sic h. l. c.*

1) *A.* 1368. *Aug.* 27. *pax inter imperatorem, qui tunc Mutinae, non Mantuae erat, et Vicecomites facta est; in qua pace Bernabos promisit se seralium Mantuanis redditurum esse; Reg. Imp. VIII, nr.* 4686*a.* 2) *Quae expeditio iam mense Iunio ex. et Iulio in. ante pacem cum Vicecomitibus ictam facta est; cf. Reg. Imp. VIII, 'Reichssachen' nr.* 483. 484. 3) *Hoc colloquium imperatoris et papae Viterbii factum est, quo Urbanus papa Monteflascone venerat; Reg. Imp. VIII, nr.* 4696*d. K. W.* 4) *Eadem infra f.* 199, *p.* 113. *narrata sunt.*

1369. (*Maii* 1). tandem coruptus peccunia dictam civitatem Pissarum
Iul. in pace relaxavit et de mense Iullii recedens de Lucha[a]
f. 197. *et[b] aripuit iter et ivit usque Venetias[c.1]; relaxavit autem et instituit suum vicarium dominum[d] . . . . .[e.2], cardinalem tituli . . . . .[f], civitatis Luche. Deinde intravit marre[g] Adriaticum[3] et ivit Boemiam cum maximo pudore inperialis maiestatis, dimissa discordia inter dominos et magnatos[h] Lombardie maior[h], quam umquam fuerit.

Eodem anno dominus[d] Guido de Gonzagha, dominus[d] civitatis Mantue, relevavit seralium devastatum per dominum[d] Bernabovem cum auxilio dicti domini[d] Bernabovis et domini[d] marchionis Estensis[4].

Anno Domini supradicto fames valida[i] et caritudo victualium fuit in civitatibus dicti domini[d] Bernabovis,
Dec. que[k] incepit eodem millesimo[l] de mense Decembr.[m] et
1370. perduravit usque per totum mensem Madii proxime sub-
Maio. sequentis, sic quod valebat starium frumenti Cremone, quod starium est penssans[n] . . . . .[o], sol.[p] XXVIIII et sol.[p] XXXII et plus[q].

f. 198'. 1362. *Anno[r] Domini ab incarnatione M°CCC°LXIII. Urbanus papa quintus, natione Francus de castro . . . . .[e.5] diocesis Meldensis[6], ex patre . . . . .[e], ordinis nigri sancti Benedicti, qui proprio nomine vocabatur Gulielmus, abbas Sancti Victoris Marsilie civitatis, successit Inocentio pape sexto inperante domino[d] Karolo inperatore, qui sedit in papatu annis . . . . .[s]. Hic dum esset in partibus Apulie in legatione pro sancta Romana ecclesia tunc temporis vacante, et domini[d] cardinales essent Avinioni[t] in conclavi pro electione fienda de futuro pastore, et non valentes insimul concordare elegerunt istum abbatem absentem in summum pontificem, prout placuit
Oct. 31. divine maiestati, in vigilia omnium sanctorum[7].

a) *seq.* n per mare *delet.* b) et *delendum.* c) *seq.* et ibi : *delet.* d) . d . *c.* e) *spatium nomini inserendo vacat.* f) *hoc loco non spatium vacuum remansit in c.* g) *seq.* et *delet.* h) *sic c.* i) *seq.* inp *delet.* k) *seq.* p (per) *delet.* l) M° *c.* m) decebr *c.* n) penff *c.* o) *spatium vacat in c.* p) ff *c.* q) *reliqua maior pars paginae* 197. *rectae et p.* 197. *versa et p.* 198. *recta vacant.* r) *littera initialis* A *minio pingenda deest.* s) *spatium numero inserendo vacat.* t) *seq.* icoi (?) *delet.*

1) *Non Venetias ivit, sed in ostiis Padi fluvii navem intravit.* 2) *Guidonem de Bolonia card. episcopum Portuensem; quod die Iul.* 2. *factum est; Reg. Imp. VIII, nr.* 4771. 3) *Cf. 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 488; *G. Warnecke, 'Der zweite Römerzug K. Karls IV.' (Diss. Ien.* 1881) *p.* 51. *K. W.* 4) *Nicolai II.* 5) *Grisac* 6) *Mimatensis potius.* 7) *Potius die Oct.* 28.

Eodem vero anno, die XXIIII[or] Madii ego quidem Albertus de Bezanis, civis Cremonensis[a] et monacus monasterii[b] sancti Laurentii Cremonensis[a], creatus fui et institutus in abbatem monasterii[b] sancti Laurentii prelibati per Dei gratiam per mortem domini[c] don Petri[d], olim abbatis dicti monasterii. 1363? *Maii 24.*

[Anno[e] Domini M°CCC°LXIII, dum esset maxima guerra inter dominum[c] papam et dominum[c] Bernabovem de Vicecomitibus pro civitate Bononie, et cum dictus dominus[c] Bernabos esset cum gentibus suis ad obsidionem dicte civitatis cum certis nobilibus et de maioribus Lonbardie[f], subditis suis, inter quos fuerunt de Cremona dominus[c] Gulielmus marchio de Cavalcabobus, dominus[c] Iohanes de Ponzonibus et dominus[c] Nicholaus de Pelavicinis, quos[g] omnes universaliter, nemine evadente, a populo Bononiensi et alliis gentibus sancte matris ecclesie fuerunt capti[1] et in Bononia omnes conducti[h]; capitanei principales sancte matris ecclesie erant: dominus[c] Malatesta Ungarus et dominus[c] Comes[2] Yspanus, nepos dicti[3] domini[c] Egidii cardinalis et legati; quos[g] carceratos[g] aliqui conducti fuerunt Padue, aliqui Ferarie, aliqui alibi, prout erat conligatio predictorum dominorum]. 1363. *(Apr. 6).*

Eodem autem millesimo[i] pastores et prelati sancte matris ecclesie pessime tractabantur in partibus Lonbardie, videlicet in civitatibus domini[c] Bernabovis et Galeazii de Vicecomitibus, scilicet omnes redditus omnium ecclesiarum pro taleis per dictos dominos clericis inpositis aufferrendo, clericos et prelatos incarcerando in maximum dampnum et vituperium ordinis clericalis, et hoc fuit occaxione civitatis Bononie, et tandem anno Domini M°CCC°LXIII. supradicto facta fuit pax generalis inter dictum dominum[c] Bernabovem, Bononiam relaxando sancte matri ecclesie, prout tenebatur de iure, et[k] dictus[l] dominus[c] papa, dando et tribuendo dicto domino[c] Ber- 1364. *(Mart. 3. 13).*

a) cremon *c.* b) moñ *c.* c) .d. *c.* d) Petri *in marg. ab Alb. suppl.* e) *uncis inclusa in marg. (sinistra) exteriore ab Alb. post suppl., nullo adposito signo, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* f) Lon *c.* g) *sic c.* h) *seq.* ꝓ (pro) *delet. c.* i) M° *c.* k) *seq.* ecc[a] (ecclesia) *delet.* l) *legendum:* dictum dominum papam.

1) *Cf. 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 467 *sq.; Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' I, p.* 299; *Matth. Villani XI,* 44; *Chron. Estensis Cont. col.* 486. 2) *Blascus Fernandus de Belviso, rector marchiae Anconitanae, a Matheo Villani IX,* 75. 77. *dictus* Gomise. 3) *Qui dictus est supra f.* 195, *a.* 1360, *p.* 104.

1364. nabovi certam maximam quantitatem peccunie; qui dominus papa misit ibi pro custodia dicte civitatis Bononie dominum[a] Andruinum cardinalem tituli . . . . .[b.1] et accipiendo tenutam et posessionem dicte civitatis pro sancta Romana ecclesia; et sic deinde clerici et prelati sub iurisdictione dicti domini[a] Bernabovis habuerunt bonam[c] et veram pacem*.

1365. (*Dec.*). Anno Domini M°CCC° . . . . .[d] dominus[a] Ambrosius, filius naturalis dicti domini[a] Bernabovis[e], collecta maxima multitudine[f] equitum et peditum armatorum accessit super teritorium Ianuensem[g] ad locum qui dicitur La Speza et ibi igne et ferro devastavit et spoliis omnino consumpsit[2]. Deinde[h] habita peccunia[i] in quantitate[k] a Ianuensibus inde recessit. Postmodum equitavit in partibus Romandiole et Tuscie omnia igne et ferro devastando[l], cui nullus poterat sibi[m] resistere; demum equitavit super teritorium[n] Apulie et Calabrie et Terre Laboris devastando et consumendo terras et loca sancte matris ecclesie et regine Apulie[3], et omnia penitus ad nichilum reduxisset, nisi Deus previdisset[o], quia non reliquid[p] ullum malum inpunitum. Dominus[q] autem

1368. papa cum auxilio dicte domine[a] regine et alliorum dominorum suorum conligatorum[r] dedit[s] talem ordinem,

(*Sept.*). quod una die gentes dicti domini[a] pape et predictorum dominorum agressi[t] fuerunt in quadam valle, quod non poterant fugere, gentes dicti domini[a] Ambrosii, et sic viriliter preliati fuerunt, quod penitus nullus fuit predictarum gentium[u] domini Ambrosii, qui posset evadere, quin caperetur aut mala morte moreretur[4]; et hoc mirabile miraculum divinum fuit, et multi postea ex dictis gentibus, allii laqueo fuerunt suspensi, aliqui in flumi-

*) *Sequitur:* Anno D. M°CCC°LX°VI. habito coloquio cum d. Karolo inperatore Avinioni *deletum; cf. infra p.* 113, *l.* 10.

a) . d . *c.* b) *spatium nomini inserendo vacat.* c) *seq.* 2 (et) *delet.* d) *spatium numero supplendo vacat.* e) *seq.* cū *delet.* f) multitudo *corr.* multitudine *c.* g) *sic c.; seq.* et *delet.* h) *seq.* hib' *delet.* i) *sic c.* k) *seq.* recessit *delet.* l) *seq.* s *delet.* m) sibi *delendum.* n) *seq.* ca *delet.* o) ꝑuidisset *corr.* p̄uidisset *c.* p) *sic c. pro* relinquit. q) . D . *c.* r) *seq.* una die ei *delet.* s) dederunt *corr.* dederit (?), *sequente* t' *vel* a', *c.* t) *sic c., lege* aggresse. u) *seq.* q (qui) *(corr.* d?*) delet.*

1) *Presbyterum S. Marcelli.* 2) *Cf. Georg. Stella, Ann. Genuenses, Muratori, SS. XVII, col.* 1097. 3) *Iohannae.* 4) *Cf. 'Cron. Sanese', Muratori, SS. XV, col.* 195; *ib. XXI, col.* 1035.

nibus precipitati, et finaliter de mille non remanserunt X, quin mala morte punirentur. 1368.

[Anno[a] Domini M°CCCLXVIII. pastores et prelati et allii rectores ecclesiarum sub dominio dominorum Bernabovis et Galeazii de Vicecomitibus de Mediolano male tractati fuerunt, ponendo taleas gravissimas dicto[b] clero Cremonensi[c] ac inpossitiones, et hoc fuit eodem millesimo[d] de mensibus Marcii et Aprillis]. *Mart. Apr.*

Anno Domini M°CCC°LXVII.[e] dominus[f] papa supradictus habito prius coloquio *cum domino[f] Karolo inperatore Avinioni[1] per mare ivit[g] Ianuam, deinde Romam cum magno navigio, invitis et contradicentibus quasi omnibus cardinalibus, et ibi preordinavit et fecit certos cardinales et[h] 1367. *cf. 199.

Anno Domini M°CCC°LXVIIII[or] dominus[f] inperator predictus recedendo de Mantua ivit Montefisconum, ubi erat dominus[f] papa, et dominus[f] papa repreendit[i] eum, quod dimisisset se peccunia corumpi a tyrampnis Lonbardis. Item eodem millesimo[d] dominus[f] papa supradictus[k], dum quadam die equitaret a Montefiscono[l] Rome et esset prope Romam unum milliare vel circa, dictus inperator sociavit dictum dominum[f] papam tenendo equum pro freno, destrando[i] usque ad Sanctum Petrum[2]. Et circa idem tempus dictus dominus[f] papa misit exercitum suum copiosum ad civitatem Perose[m], duravit . . . .[n]. 1368. *(Oct. 17).* *(Oct. 21).*

Anno vero eiusdem[i] de mense Decembr. maxima conligatio facta fuit inter dominum papam cum suis subditis ex una parte, Florentinos, Pisanos, Paduanos, marchionem Estensem, Mantuanos atque Reginos et allios quam plures magnates et dominos Romandiole et Tuscie et Lonbardie et specialiter cum domina et nobilli domina[f] Iohanna regina Neapolitana et Provincie ex altera[o] contra et adversus nobilem et egregium dominum[f] Bernabovem de Vicecomitibus, Mediolani, Laude, Cremone, Parme, Brixie et Pergami dominum[f] generalem[3]. 1369. *Dec.*

a) *uncis inclusa in marg. (sinistra) exteriore ab Alb. post suppl., non adposito signo, quo indicetur, quo loco haec inserenda sint.* b) *seq.* cre *delet., Alb.* cremon *scribere voluit.* c) cremon *c.* d) M° *c.* e) VII *corr. ex* VIIII? *c.* f) . d . *c.* g) *seq.* venetia *delet.* h) *seq.* an *delet.* i) *sic c.* k) supra ī (?) *c.* l) *seq.* romam (?) *delet.* m) *seq.* s ? et ? *delet.* n) *spatium unius sillabae vacat.* o) *supple* parte.

1) *Cf. supra p.* 108. 2) *Eadem supra p.* 109. *relata sunt.*
3) *Cf. Sozom. Pistor., Muratori, SS. XVI, col.* 1086.

Quare clerici, prelati et allii relligiossi subiecti dicti domini[a] Bernabovis capti et incarcerati fuerunt, inponendo sibi talleas et inpositiones gravissimas et intollerabilles, ponendo eos in cipo et conpedibus, affligendo eos pane et aqua, sic quod pro solutione dicte talee eos oportuit eorum mobillia et inmobillia pignori obligare, et hoc
1370. *Ian.* 24. fuit eodem millesimo die XXIIII[or] Ian. Et quasi in-
1369. continenti dictus dominus[a] Bernabos cum maxima quantitate equitum et peditum[b] equitavit ad castrum . . . . .[c. 1] diocesis Lunensis volendo aripere civitatem Luche, que erat in custodia domini[a] cardinalis[2] tituli . . . . .[c] pro domino inperatore, set nichil inde honoris reportavit. Set in dicto castro per aliquos dies permansit, in tantum quod habuit dominium castri Sancti Yminiati ac alliorum quam plurium castrorum subditorum comunis Florentie; et ibi conflicte fuerunt gentes comunis Florentie in maxima quantitate equitum et peditum; quod dominium dictorum castrorum duravit quasi per sex menses, quia Florentini ea vi recuperaverunt.

Item eodem anno dominus inperator Constantinopolitanus nomine don Petrus[3] Romam venit ad summum pontificem cum maxima quantitate nobilium Grecorum penitens de erroribus suis, quos diu habuerunt Grecos[d] circa articulos fidei, et accepta instructione et informatione dictorum articulorum baptizatus[e] est more Romane ecclesie. Errores vero, in quibus errabant, sunt hii, videlicet:

Primo dicebant et tenebant, quod spiritus sanctus tantum a patre procedit et non a fillio.

Secundus est, quod non potuit neque debuit poni in simbolo *fillioque*.

Tercius est: dicunt, quod illi qui apposuerunt excomunicati sunt, quia contra preceptum Nicee[f] synodi hoc fecerunt.

Quartus est, quia dicunt se non vocatos fuisse ad dictum concilium, ideo dominus[a] papa illud apponere non potuit.

a) . d . *c.* b) *post haec spatium vacuum unius sillabae.* c) *spatium nomini inserendo vacat.* d) *sic c.; lege* Greci. e) batpatus *c.* f) *sic c. pro* Nicene.

1) *Sarzanam supplendum esse videtur, exercitu Bernabovis duce Iohanne Hackwood iam in territorio Florentino oppugnante Florentinos castrum S. Miniati obsidentes.* 2) *Guidonis de Bolonia episcopi Portuensis; cf. supra p.* 110. 3) *Potius Iohannes V. Paleologus. Cf. Ragnald., Ann. eccl. XVI, a.* 1369. § 1—5.

Quintus est, quod dominus[a] papa non habet potestatem universalem, set patriarcha Constantinopolitanus debet ei esse par et potestatem consimilem[b] in honore.

Sextus est, quod nullus salvatur, nisi baptizetur[c] baptismo Grecorum.

Septimus est, quod sacramentum altaris non debet fieri in azimo, set tantummodo in fermentato.

Octavus est, quod nullus vadit usque ad diem iudicii in paradisum, nisi beata virgo et anima latronis crucifixi cum domino nostro.

Nonus est, quod nullus vadit in purgatorium.

Decimus est, quod faciunt divortium contra preceptum evangelicum.

Quos erores multis temporibus tenuerunt, et nunc conponcti corde confitentes erores suos reversi sunt ad gremium et ad unitatem sancte matris ecclesie et fidei catholice, sine qua nemo potest salvare[d]. Deinde per dominum[a] summum pontificem preceptum et inhibitum est in[e] omnibus portubus et insulis marrinis, quod decetero nullus audeat vendere aut emere Grecos aliquos[f], ut prius omnibus licitum fuerat. Deinde post paucos menses dictus dominus[a] inperator cum benedictione papali anno Domini LXX. intravit mare Adriaticum et reversus est ad partes suas in pace [de[g] mense Iulii]. 1369. *Iul.*

*Item eodem millesimo dominus[a] Bernabos supradictus equitare fecit suas gentes in maxima quantitate pugnatorum — quarum capitanei erant quidam dominus[a] Iohanes de[h] Acuto Anglicus, Iohanes de Reten Alamanus — super teritorium Pisanorum ad instantiam domini[a] Iohanis de Lagnella, condam dicte civitatis domini ac ducis, et quia dicti Pisani erant in liga domini[a] pape et sequacium suorum, conburendo et depredando omnia, que aripere poterant. Set tamen eam capere non potuerunt et inde recesserunt, quia pre nimia charitudine victualium[i], et versus Parmam redierunt. Deinde dicte gentes equitaverunt super teritorium Bononiensem[k] derobando et devastando omnia extrinseca que potuerunt. Allie vero gentes, que remanserant dicto domino[a] Bernabovi, equitaverunt super[l] teritorium civitatis Regii, cui preerat dominus[a] Feltrinus de Gonzagha, 1370. *f. 199'.*

a) . d . *c.* b) *supple* habere. c) batp̄etur batp̄mo *c.* d) *sic c. pro* salvari. e) et i, i (in) *delet. pro* et, *quod delendum erat.* f) aliquas *c.* g) de m. Iulii *alio atramento post ab Alb. add.* h) *seq.* e *delet.* i) *quaedam supplenda esse (ut* stare non potuerunt*) conicies.* k) *sic c.* l) *seq.* terti *delet.*

1370. et ibi dominus[a] Bernabos facère fieri incepit bastitam unam pro obsidendo dictam civitatem et fecit extirpare et evellere omnes arbores et devastare blada et allia campestria dicte civitatis. Set eodem millesimo die *Aug.* 3. sabbati tercio Augusti[1] dominus[a] Feltrinus supradictus cum auxilio suorum amicorum[b] cepit dictas gentes dicti domini[a] Bernabovis[c], de quibus nullus evasit, quin esset captus aut interfectus, et cepit dictam bastitam cum omnibus munimentis, charis et bobus in maxima quantitate in maximum dampnum et vituperium dicti domini[a] Bernabovis.

Sept. Item anno supradicto, scilicet M°CCCLXX, de mense Septembr. dominus[a] papa una cum Florentinis et cum auxilio omnium suorum conligatorum misit maximum exercitum Parme[d], et ibi[e] steterunt per aliquod temporis derobando et[f] cetera mala faciendo. Set finaliter inde recesserunt et fecerunt bastitam unam seu castrum super teritorium Mutinense ad instantiam domini[a] Ferrarie[2] contra castrum Carpi, quod detinetur per quosdam nobilles de Pilliis.

Sept. Anno Domini M° suprascripto de mense Septembr.[g] civitas Perusina supposuit se iugo domini[a] pape et sancte matris ecclesie. Eisdem vero anno et mense, dum infirmaretur[3] ad castrum Montis-flasconi, inde recesit et intravit marre et navigavit usque ad civitatem Avinioni cum tota curia, relinquens ibi Rome unum cardinalem tituli . . . . .[h. 4], allium reliquit Anchone tituli . . . . .[h], tercium, videlicet fratrem suum, scilicet dominum[a] Astorgium[5] tituli Albanensis[i], ad custodiam civitatis Bononie.

Oct. 13. Eodem vero anno, die XIII. Octubr. dominus[a] Nicholaus de Pelavicinis existens in castro suo Busseti cum licentia domini[a] Bernabovis accessit cum maxima comitiva ad monasterium[k] Castioni diocesis Parmensis

a) . d . *c.* b) *seq.* e *delet.* c) *seq.* neminē *delet. Alb. scriber. voluit* nemine evadente *ut supra p.* 111, *l.* 15. d) parme *bis scriptum, prius delet.* e) *seq.* sot (?) *delet.* f) *sequuntur binae litterae deletae.* g) setpbr *c.* h) *spatium nomini inserendo vacat.* i) albañ *c.; seq.* bon *delet.* k) mon̄ *c.*

1) *Die Iul.* 24. *hoc factum esse tradit Sozom. Pistor. l. l. col.* 1090; *die Aug.* 20. *Chron. Est. Cont. l. l. col.* 492. 2) *Nicolai marchionis Estensis.* 3) *Scil. Urbanus V. papa, qui a.* 1370. *Aug.* 26. *Montefiascone recessit, Sept.* 24. *Avinionem venit; Reg. Imp. VIII, 'Päbste' nr.* 127 *a. c.* 4) *Petrum de Stagno card. presb. S. Mariae trans Tiberim, qui et legationem marchiae Anconitanae habuit.* 5) *Potius Anglicum Grimoaldi dictum.*

et in dicto monasterio[a] ignem apponi fecit, sic quod totum quasi conbussit et totum spoliavit et amplius[b] mali fecit, quam habuit a dicto domino[c] Bernabovi in mandatis. Set Deo propitio de licentia dicti domini Bernabovis castrum unum[d] dominus[c] abbas dicti loci fieri incepit. 1370.

Anno Domini M°CCCLXX.[e] de mense[f] Novembr. et Decembr.[g] inita et facta fuit pax — [que[h] parum duravit][1] — inter dictum dominum[c] papam, Florentinos et Paduanos et eorum conligatos ex una parte et[i] nobillem et egregium dominum[c] dominum[c] Bernabovem supradictum et eius conligatos ex altera[2], quam Deus conservet et confirmet! Amen. Eodem vero anno die XVIIII^{or} Decembr.[k] dictus dominus[c] papa diem clausit extremum[l], cuius anima requiescat in pace[m]! *Nov. Dec.* *Dec. 19.*

a) mon *c.* b) *seq.* fecit quam habuit *delet.* c) .d. *c.* d) *seq.* illi A (?) *delet.* e) *seq.* die XX. *delet.* f) *seq.* decebr *delet.* g) decebr *c.; seq.* fac *delet.* h) *uncis inclusa in marg. alio atramento ab Alb. suppl.* i) *seq.* .d. (dominum) *delet.* k) decebr *ab Alb. in marg. suppl.* l) *seq.* in pace *delet.* m) *decem circiter versus paginae* 199. *versae post haec vacant.*

1) *Haec verba uncis inclusa scripta sunt a.* 1371. *aut postea, cum bellum renovatum esset. Albertus haec reliqua scripsit tempore pacis servatae; cf. l.* 12 *sq.* 2) *Pax die Nov.* 10. *Bononiae facta (Verci, 'Storia della marca Trivigiana' XIV, Doc. p.* 57*), sed iam sequente anno ineunte fracta est; cf. Cipolla, 'Storia delle signorie Italiane' p.* 155. *K. W.*

INDEX

NOMINUM PROPRIORUM ET RERUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

A.

Abag[a]rus rex Edissae 30, 10.
Abathia (Abachia), *Badia (Polesine) ad Athesim fl. (prov. Rovigo)* 52, 15.
de Abbano (*falso* Albano) villa, *Abano (distr. Padova)* 46, 15.
Abraminus (Abraham) de Bezanis abbas monast. S. Laurentii Cremon. 71, 1. 94, 25. 95. 98. 99, 10. 101, 20.
Abrucium, *Abruzzo prov.* 104, 20.
Acon, Acharon, civ., Tholomaida 41, 40. 45, 25. 64, 15. — Achonensis obsidio 41.
de Acuto *(Hackwood):* Iohanes.
Adalaida (comit. Taurin.) 15, 10.
Adalbertus, Albertus, episc. Pragensis 8, 1.
Adaldoaldus rex Longobard., fil. Agilulphi regis 2, 20.
Adelaxia comitissa, uxor Ugonis com. 13, 10.
de Adigheriis, gente Parmensi: Ugolinus II. episc. Cremon.
Adrianopolis *v.* Andrinopolis.
S. Adriani tit. Rom. 61, 25; card. diac.: (Ottobonus).
Adrianus IV. papa, (Nicolaus) card. episc. Albanensis 26, 40. 27. 32. 33, 30.
Adrianus V. papa, (Ottobonus) de Flisco de comitibus Lavaniae card. diac. S. Adriani 61.
Adriaticum mare 110, 5. 115, 20.
Adua fl., *Adda* 48, 30. 89, 25. 91, 15.
Affrica 59, 25. 60, 10.
S. Agathae eccl. Cremon. 53, 20.
Agilmundus rex Longobard., fil. Agionis 1, 20.
Agilulphus rex Longobard. 2, 20; fil.: Adaldoaldus.
Agion, Agyon, dux Longobard. 1, 15; fil.: Agilmundus.
Agnelli, gens Brixiensis 66, 25.
Agnes filia Henrici IV. imp., (uxor Frederici I. ducis Sueviae) 22, 15.
Agnes filia Azonis II. march. Estensis, uxor Ezelini II. de Romano 46, 30.
Agnes filia Ezelini II. de Romano, mater Ansedisii de Guidotis 46, 40.
Aycardus archiep. Mediolan. 90, 15.
Aicardus abbas de Leno 97, 5, n. 1.
(Aimericus) Haymericus rex Ungarorum, fil. Stephani I. regis 11, 5; sponsa 11, 5.
(Aimericus) patr. Iherosolymit. 42, 5.
Aistulphus (*falso* Arstulphus) rex Longobard. 3, 10.
Alamania 20. 21, 25. 24, 40. 25, 40. 29, 20. 32, 25. 33, 1. 34, 5. 38. 39, 5. 45. 48. 50, 15 (Alamaniae rex). 53, 10. 54. 73, 30. 74, 15. 97, 25. 103, 30. 106, 20; Alamaniae principes 54, 25. — Alamanica regna 34, 25; Alaminea regna 108, 25.
de Alamanis, gente Cremon.: Egidiolus.
Alapiae, *Aleppo, Haleb,* rex: Zenki.

Albanum, *Albano* 34; Albanenses card. episc.: Nicolaus, Anglicus Grimoaldi (*falso* Astorgius).
Alberticulli, gens Brixiensis 66, 30.
Albertus *cf.* Adalbertus.
Albertus I. dux Austriae, I. rex Rom. 65, 25. 66, 5.
Albertus (rex Italiae) 8, 15.
Albertus I. archiep. Magunt. 19, 10.
Albertus de Bezanis Cremon., mon. et abbas monast. S. Laurentii Cremon. (72, 20). 111, 1.
Albertus comes Vicentinus 47, 15; uxor: Iunia.
Albertus de Paone Paduanus 47, 15; uxor: Palma novella.
Albertus I. de la Scala dom. Veronae 68, 15.
Albertus II. de la Scala dom. Veronae 96, 15; fr.: Mastinus.
Albertus Bononiensis 23, 30; fil.: Lucius II. papa.
Albigensium, Albingensium *(Albi)* terra 43.
Alboynus rex Longobard., fil. Aldoyni regis 2, 1.
Alboynus de la Schala capitaneus Veronae 69, 20; fr.: Bertolameus.
Albricus de Polenta (Ravennas), pot. Brixiensis a. 1314/15. 83, 5.
Albricus de Romano, fil. Ezelini II. 47, 20.
Albricus Tuschulanus 11, 10; fil.: Benedictus IX. papa.
Aldibrandus mon. Cluniac. et archidiac. Rom. = Gregorius VII. papa.
Aldoynus rex Longobard. 2, 1; fil.: Alboynus.
Aldovrandinus III. marchio Estensis, dom. Ferrariae, fil. Opizonis III. march. 104, 25, n. 5. 107.
Aledaxia filia Ezelini II. de Romano 47, 35.
Aledeyta soror comitum de Mangono, uxor Ezelini II. de Romano 47, 15.
Alexander II. papa 13. 15, 5.
Alexander III. papa, fil. Raynutii Senensis 27—30, 1. 33, 35. 34, 30. 37. 38, 1.
Alexander IV. papa 58, 20.
S. Alexandri eccl. Cremon. 18, 40.
Alexandria civ., dicta Civitas-nova et Palea, *Alessandria* 28, 20. 34, 30. 35, 1. 36. 64, 10. — Alexandrini 35.
Alexius Cyminianus (Cumnenus) I. imp. Constantinopolit. 14, 15. 18.
Alexius II. imp. Constantinopolit., fil. Manuelis imp. 33, 10.
Alexius III. imp. Constantinopolit., fil. Isaac imp. 50.
Alexius IV. imp. Constantinopolit. 50. 51, 20.
Alexius Murzufluus (Murzifluus) imp. Constantinopolit. 50. 51.
(Alfonsus X.) rex Castellae 59, 40; fr.: Henricus.
Almaricus (de Bena) haereticus 44, 20.
Aloysius de Cavalcabobus Cremon. 85.
Alpes Veronensium 32, 30.
Altisiodorensis *(Auxerre)* comes: Petrus.
de Amatis, gente Cremon., illi 80, 25; de Am.: Supramontus.
S. Ambrosii eccl. Cremon. 18, 35.
S. Ambrosii, Ambroxii, eccl. Mediolan. 5, 20. 38, 15. 74, 5.
Ambrosius fil. illegit. Bernabovis de Vicecomitibus 112.
Anacletus II. papa, Petrus card. presb., fil. Petri-Leonis 20—22.
Anagnia, *Anagni* 29, 20.
S. Anastasiae tit. Rom. card. presb.: Teobaldus.
S. Anastaxii monast. prope Romam, *Tre Fontane* 24, 15. 27, 35; abbas: Bernardus.
Anastaxius IV. papa, fil. Benedicti Rom. 26. 27, 1. 32, 10.
Ancona, Anchona 52, 30. 116, 25. — Anconitana, Anchonitana marchia 83, 10. 105, 1; march.: Azo II. (VI.) de Este, Iohanes de Olegio de Vicecomitibus.
S. Andreae monast. in monte Andaonensi, *St.-André de Villeneuve-les-Avignon ad Rhodanum fl.* 101, 25; mon.: Petrus.
S. Andreae eccl. Cremon. 18, 35.
S. Andreae burgus Brixiensis 77, 1; porta Brixiensis 78, 1.
Sanctus Andreas, S. Andreae turris, *Sant' Andrea (com. Busseto, circ. Borgo S. Donnino)* 48, 35. 49, 35.

(Andreas II.) rex Ungarorum 44, 20. 57, 10; filia: Elizabet.
Andrinopolis, *Adrianopel* 50, 30. 51.
Andronicus imp. Constantinopolit. 33.
Andruinus card. presb. S. Marcelli 112, 1.
S. Angeli porta Romana 32, 20.
Angli 19, 1. 20, 25. 28, 5. 29, 1. 33, 40. — Anglia 26, 5. 41, 45. 45. 59, 5. 61, 25; reges: Henricus I, Henricus II, Richardus I.
Anglicus Grimoaldi card. episc. Alban. *v.* Astorgius.
Aniciensis *(Le Puy)* episc.: Guido.
Anna uxor Karoli IV. imp. 106, 20, n. 8.
A[n]sidisius de Guidotis 46, 40.
Antharus rex Longobard. *v.* Autharus.
Antyochia, Anthiochia, Antyocena civ. 28, 20. 41. 51, 35. 59, 30; princ.: Boemundus III; patr.: Radulfus II.
S. Antonini eccl. Cremon. 18, 40.
Antonius de Padua fr. ord. Minorum 57, 20.
super Apochalipsim liber Ioachim abbatis 28, 15.
Appeninus mons 17, 25.
Apulia, Apuliae ducatus 17. 18, 20. 20. 21. 23. 45. 48, 25. 54. 59. 60, 5. 104, 20. 110, 25. 112, 15; dux: Rayno (Raynaldus).
de Aquablanca, Aquablancha: Iohanes.
Aquanigra 13, 10; monast.: S. Thomae.
Aquapendens, *Acquapendente* 29, 20.
Aquila civ., *Aquila degli Abruzzi* 17, 1.
Aquilegia, *Cividale del Friuli* 106, 1; Aquiligenses, Acquiligenses patr.: Popius (Poppo), Gerardus, Ulricus I, Raymondus de la Turre, Paganus de la Turre, Nicolaus.
Aquisgrani, *Aachen* 4, 30. 5, 1. 10, 5. 25, 15. 48, 10.
Aramonum castrum, *Aramon (arr. Nîmes, dép. Gard)?* 101, 25.
Arath = Edissa civ. 30, 5.
S. Archelay mart. corpus 7, 5. 44, 35.
Arelatum, *Arles* 4, 30. 5, 1.
de Arena: Ugo episc. Ostiensis (Gregorius IX. papa).
Aretium civ., *Arezzo* 17, 30. 61, 1; eccl.: S. Donati.
Argentella 6, 30; eccl.: S. Iohanis Baptistae.
Ariovaldus rex Longobard. 2, 25.
Aripertus I. rex Longobard. 2, 30; filii: Bertarith, Gondiperth.
Aripertus II. rex Longobard. 3, 5.
Aripertus archiep. Mediolan. 11, 1.
Armeni 39, 40. 41, 10. — Armenia 41, 10. 59, 30. 68, 25: reges: Leo II, Haitho II; Armeniensis catholicus: Gregorius V; Armenus: Leo V. imp.
Arnaldus de Pellagrua card. diac. S. Mariae in Porticu 71, (20), n. 5.
Arnaldus mag. Brixiensis 25, 30. 32, 10.
Arnulphus, Arnolphus, imp. 7, 10. 8, 10.
Arnulphus episc. Cremon. 13, 20.
Arquada de saltu, *Arquà (distr. et prov. Rovigo)* 71, 10.
Arstulphus *v.* Aistulphus.
Artemanni comes 107, 5.
de Artese, *Artois*, comes: Robertus II.
Ascalon, Ascalona, civ. 25, 35. 32, 5. 45, 25.
Ascari (Theodorus Lascaris) imp. Constantinopolit. 51.
Asprandus rex Longobard. 3, 5.
(Assassini) Axasini 45, 25.
(Assisium) Asisium, Asisina civ., *Assisi* 43, 25. 56, 20.
Astetensis *(Eichstätt)* episc.: Gebahardus I.
Asti, Astensis civ., *Asti* 15, 10. 32, 5. 74, 1. 107, 10.
Astorgius (*falso pro* Anglico Grimoaldi) card. episc. Albanensis, fr. Urbani V. papae 116, 25.
Asula castrum, *Asola ad fl. Chiese (circ. Castiglione delle Stiviere, prov. Brescia)* 82. 86, 10. 96, 25.
(Athesis) fl., *Etsch (Adige)* 32, 30.
Atto episc. Cremon. 3, 30. 4, 1.
Augustus *v.* Octavianus.
Austria 45, 30. 65, 25. 66, 5; Austriae domus 90, 1; marchio Orientalis: Leopardus III; duces: Leopaldus V, Albertus I.

Autharus (*falso* Antharus) rex Longobardorum 2, 15.
Avinio, Avinionum, civ., *Avignon* 86, 15. 97. 101, 25. 108. 110, 25. 112, 30. 113, 10. 116, 25; palatium papae 97, 20. — Avinionensis dioc. 101, 25.
Axasini *v.* Assassini.
Azo II. (VI.) marchio Estensis et Anconitanus, pot. Veron. a. 1207. 46, 30. 52. 54. 55, 10; filia: Agnes.
Azo IV. (VIII.) marchio Estensis 70, 1, n. 1. 71, 5; fil.: (illegit.) Frescus; fr.: Francischus.
Azo de Vicecomitibus Mediolan., fil. Galeazii, dom. gener. Mediolani 81, 15. 92, 25. 99. 100, 25. 101, 5.
Azo de Corigia 104, 1.

B.

Babilon, Babilonia Egypti, *Cairo* 59, 30. 64. 72, 10; soldani: Bibars, Melchmensor, Melechleseras, (Malik-Naser-Hassan) 72, 10.
Babinberch, Banbenberch, *Bamberg* 25, 15. 26, 20.
Bacharinus de Piçenardis Cremon. 85, 15.
Balacherna (Blacherna) palatium Constantinopolit. 51, 5.
Balduinus, Baldoynus, IX. comes Flandriae, I. imp. Constantinopolit. 50, 10. 51.
Balduinus IV. rex Iherosolymit. 42; soror: Sibylla.
(Balduinus V.) rex Iherosolymit., fil. Gulielmi Spatae-longae filii Gulielmi III. march. Montisferrati 42, 10.
de Barbobus gens Soncin. 81, 25; [de] Barbubus: Philiberius.
Bardellorum pars Brixiensis 66, 30.
Bardus patricius 4, 5.
S. Barnabae eccl. Cremon. 18, 35.
(Bartholomeus) Bertolameus de la Schala capitaneus Veronae 69, 15; fr.: Alboynus.
Bartholomeus de Gambacurtis Pisanus 106, n. 7.
Barucci *(Baruth, Beirut)* districtus 41, 40.
Barum, Barensis civ., Berea, *Bari* 23, 5. 31, 1. 38, 20. — Barenses cives 14, 5.
Basalarium Cremon. 55, 1.
S. Bassiani castrum, Sanctus Baxianus, *San Bassano ad fl. Serio Morto (mand. Soresina, circ. Cremona)* 23, 10. 87, 5.
Bavari 25, 20. 26, 20. — Bavaria, Baveria 25, 15. 92, 30. 94, 5. 95, 5. 96, 10. 97, 25; duces: Henricus Superbus, (infer.) Lodovicus IV.
Baxanum, *Bassano (prov. Vicenza)* 46, 40. 47, 5. 52, 25.
S. Baxianus *v.* S. Bassiani castrum.
Beatrix uxor Bonifacii march. 13, 5.
(Bela III.) rex Ungarus 39, 5.
Beltrandus archiep. Burdegal. = Clemens V. papa.
S. Benedicti ordo monachorum nigrorum 99, 20. 110, 20; regula 65, 20.
S. Benedicti monast. inter Padum et Lironem, de Padolirone, *S. Benedetto di Polirone (circ. Gonzaga)* 19, 30; abbas: fil. naturalis Botessellae de Bonacorsis 93, 25.
Benedictus VIII. papa 10, 15.
Benedictus IX. papa, fil. Albrici Tuschulani 11.
Benedictus X. papa, Mitius episc. Velletr. 12, 30.
Benedictus XI. papa, Nicholaus mag. gener. ord. Praedicat., card. 69.
Benedictus XII. papa, (Iacobus) mon. ord. Cisterc. 99. 101, 15.
Benedictus card. = Bonifacius VIII. papa.
Benedictus episc. Cremon. 6, 30.
Benedictus Rom. 26, 25; fil.: Anastaxius IV. papa.
Beneventanus: Gregorius VIII. papa.
de Bentia (Betia) Turclimani 39, 40.
Berea *v.* Barum.

Berengarius, Beringarius.

Berengarius I. (*falso* II.) imp. 7. 8, 10.
Beringarius II. (*falso* IV.) (rex Italiae) 8, 15.

(Berengarius) comes de Sulzbac 26, 25; filiae: Gertrudis, Bertha.
Bernabos de Vicecomitibus Mediolan., fil. Stephani, dom. gener. Mediolani 104, 10—110, 10—117.
(Bernardus) abbas monast. S. Anastaxii prope Romam = Eugenius III. papa.
Bernardus abbas (Clarevall.) Cisterc. 24, 30. 26; S. Bernardi ordo *v.* Cisterciensis ordo.
Berrardus de Madiis episc. Brixiensis, dom. gener. Brixiae 66, 20. 67, 15. 70; fr.: Mafeus.
Berrolinus de Cazago Brixiensis 66, 35.
Bersellus, *Brescello ad Padum fl. (circ. Guastalla)* 23, 5.
Bertarith, Pertarith, rex Longobard., fil. Ariperti I. regis 2; fil.: Cunipertus.
(Bertha) filia (Berengarii) com. de Sulzbac, uxor Manuelis imp. Constantinopolit. 26, 20.
Bertolameus *v.* Bartholomeus.
Bertoldus comes de Magistretim, dictus de Niffen (*falso* Riffen) 92, 1.
Bertolinus de la Turre, dom. gener. vicarius Cremon. a. 1314. 83, 15.
Bertrandus del Pogeto card. episc. Ostiensis et Veletr. 89, 20. 95, 25. 98, 10, n. 2.
Bewolenta, *Bovolenta (distr. Piove, prov. Padova)* 100, 25.
de Bezanis, gente Cremon.: (Comes), Ghirardus, Abraminus, Albertus, abbates S. Laurentii Cremon.
(Bibars) soldanus Babiloniae 59, 30.
Biturvienses *v.* Viterbium.
Blacherna palatium *v.* Balacherna.
Blaci 51.
Blascus Fernandus de Belviso *v.* Comes.
Bleda, *Bieda (distr. Civitavecchia)* 6, 20.
Blessensis *(Blois)* comes: Lodovicus.
Bobiensis *(Bobbio)* episc. 20, 35.
Bochacii, gens Brixiensis 66, 25.
Boemi, Bohemi 8, 1. 22, 25. — Boemia 28, 1. 33, 35. 97. 105, 20. 108, 25. 110, 5; Boemiae, Boemus rex 4. 9, 30.
(Boemundus III.) princ. Antioch. 41.
de Bonacorsis, Bonacorsiis, gente Mantuana: Passarinus, Botessella, Botironus, Francischus, Guido, Pinamons.
Bonaventura de Bonacorsis *v.* Botironus.
Bonconventum castrum, *Buonconvento ad fl. Ombrone (deleg. Montalcino, circ. Siena)* 85, n. 3.
de S. Bonifacio, *San Bonifacio (distr. Verona)*, comes: Rizardus.
Bonifacius VIII. papa, Benedictus card. 65. 68, 10. 69.
Bonifacius marchio (Tusciae) 13. 19, 30; uxor: Beatrix; filia: Mathilda.
Bonifacius II. marchio Montisferrati, dom. (rex) Thesalonicae, fil. Gulielmi III. march. 42. 50, 15—52, 1; filii: Gulielmus, Demetrius.
Bononia civ., *Bologna* 57, 25. 80, 20. 104. 107. 111. 112, 1. 116, 25. — Bononienses 71, 5. 87, 20; Bononiensis populus 111, 15; Bononienses: Honorius II. papa, Albertus, Lucius II. papa; dom. gener.: Iohanes de Olegio de Vicecomitibus. — Bononiense territorium 115, 35.
de Bonseriis, gente Cremon.: Egidiolus episc. Cremon.
Boracius (comes de Gangalando), capit. et pot. Cremon. a. 1329. 95, 10.
Bosius de Dovaria Cremon. 63.
Boso (*falso pro* Odone) rex Francorum occident. 7, 15.
de Bosozoro: Iohanes.
Botessella (Guido) de Bonacorsis Mantuanus 94, 1; fil. naturalis: abbas S. Benedicti de Padolirone 93, 25.
Botironus (Bonaventura) de Bonacorsis Mantuanus 94, 1.
Bragida Veronensis, *piazza Brà* 52, 15.
(Brandeburgensis), Brundeburgensis, Bardaburgensis marchio 4, 20. 9, 25.
Brixia, Brissia, Briscia, Brisia, civ., *Brescia* 1, 10. 66. 67. 70. 76—80, 1. 83. 84, 5. 86, 10—88, 25. 90. 97. 98, 25. 99. 101, 5. 102, 5. 103, 5. 107, 25. 113, 35; eccl. et mo-

